EPISTOLAE

APOLLONII TYANEI,
ANACHARSIDIS,
EVRIPIDIS,
THEANVS,

Aliorúmque ad eosdem.

Nunc primùm editæ Græcè simul ac Latinè

Per EILHARDVM LVBINVM.

Ex Officina Commeliniana.

M D C I.

ILLVSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DN. BVGISLAO, DVCI STETINENSIVM, POMERANORVM, CASSVBIORVM, ET ANTIQVAE Henetorum gentis, Principi Rugiæ, & Comiti in Gutzkow, Principi ac Mæcenati studiorum augustissimo, domino meo clementissimo S.

NVnquam ego satis demirari potui, Illustrißime Princeps illorum, siue inuidiam, siue temeritatem, qui vel quæ præclara possunt nolunt, vel quæ volunt non possunt. Quæ ipsa res quantam labem Reip. litterariæ adsperserit, illis obscurum esse non potest, qui vel non ita pridem illius ciues adscripti. Absq; hac enim foret, multis auctoribus potiremur saluis ac integris, qui nunc aut perpetuis tenebris obruti, aut saltem malè omnino habiti in lucem prodierunt, non

 sine

sine ingenti Reip. litterariæ damno, ac detrimento. Documento esse poterant præsentes Epistolæ, quas Græcæ Sapientiæ uberrimum penu, & locupletissimum thesaurum nemo non verissimè dixerit. Quæ quanto tempore in occulto delituerint, & quàm lacera veste, quamque fœdis maculis adspersa facie demum prodierint, quis non litterarum & litteratorum nomine meritò doleat? Interea illorum, inuidiam an socordiam dixerim, quis æquo animo tulerit, qui in quorum vitam & salutem nati videntur, illos non sine litterarum fato intermori & perire permittunt? Contra, illorum studium saltem, quis paullo humanior improbauerit, qui auctores deterius paullo habitos, quàm planè emortuos aut sepultos, & incultiores extare malunt, quam nullos? Inter hos nomen meum audacter quoque profitebor: Nimirum cui nihil vnquam antiquius, nihil in voto magis, quam vt vetustissimi & eruditissimi auctores præteritorum sæculorum barbarie conclamati ac sepulti vitæ ac luci restituantur. Cuius ipsius voluntatis ac studii pridem edidissem specimina ac documenta illustria, si voluntati meæ tàm promtæ promta quoque facultas respondisset. Sed nimirum volo ego ista quæ alii possunt.

Qui

Qui & ipſe tamen in his etiam forte paullo plus potuiſſem, ſi & plus ocii, & plurium meliorumque exemplarium copia ſuppeteret. Illud ſaltem operam dediſſem, vt hiſce præſtantiſsimorum auctorum ingenii, Sapientiæ, & Eloquentiæ pleniſsimis Epiſtolis oratio mea rectius reſpondiſſet, nec modo non multitudinis, ſed ne doctorum quidem purgatiſsimarum aurium iudicium reformidaſſet. Sed hæc iam tantum optari poſſunt. Sententias tamen me adſecutum ſpero. Nam Græcum dicendi characterem pari elegantia Latinè exprimere, ne illis quidem, qui me infinito interuallo doctiores, conceſſum: qui nimirum norunt, vt cum Martiale loquar, ſibi tam diſertis eſſe non licere. De auctoribus autem harum Epiſtolarum ſanè grauiſsimis vt etiam pauca moneam: De Apollonio Tyaneo, Sapientum ſui ſeculi longè maximo, narrat Suidas, quod mater Politis in eius partu Dæmona viderit, qui & ſe eſſe quem pareret, & quidem Protea Aegyptium dixerit. Vixit autem tempore Claudii, Caii, Neronis, &c. vſque ad Neruam, ſub quo mortuus. Iunior ex Pythagoreorum ſtatuto integros quinque annis ſilentium præſtitit. Inde incredibili diſcendi deſiderio Aegyptum, & Babylo-

 nem, &

pnem, & Arabas petiit, & illorum, qui ibi Sapientes & Magi ductu & auspicio, eo doctrina & Sapientia prouectus est, vt temperantia & continentia ipsum Sophoclem, vitæ sanctimonia & Sapientia ipsum Pythagorã superauerit. Et de quo tamen, vt ferè fit, variorũ variæ censuræ, & diuersa iudicia. Quidam enim quod cum Babyloniorum Magis, & Indorum Brachmanibus, & Aegyptiorum Gymnosophistis familiarissimè vixisset, &, qua fuit admirabilis viri perspicacitas & sagacitas, quædam futura prædixisset, illum Magum non Sapientem rati calumniati sunt; Idque malè & peruersè. Ita enim Empedocles, Pythagoras, Democritus, & ipse Plato, qui in Italiam, in Aegyptum, ad viros Sapientes, Magos, Sacerdotes, & Prophetas profecti sunt: & Socrates. Anaxagoras, Thales, & multi alii, qui admirabili ingenii acumine multa futura prædixerunt, hanc inuidiæ & calumniarum ansam meritò subirent. Illud sanè de Apollonio referunt, quod cum Ephesi ageret, & in frequenti multitudine disputaret; ea ipsa hora qua Domitianus Imperator Romæ interficiebatur, defixus aliquandiu, & elinguis steterit, atque vbi primum loqui potuit, exclamauerit: Euge Stephane, pulcrè Stephane: percute sceleratum: pulsasti, vulnerasti, interfecisti

fecisti. Incredibili etiam si quisquam alius memoria fuit præditus: qui quidem vocem silentio cohiberet, & continuè plurima legeret, & lecta memoria fidelissimè contineret. Porro Anacharsis Philosophus Scytha, Sapientiæ admirandæ; qui studio cognoscendi ritus, mores, & Sapientiam Græcorum in Græciam se contulit eo ipso tempore, quo septem Sapientes florebant. Huius imagini inscriptum erat, Lingua, ventre, pudendis abstinendum. Ibat autem nudis pedibus, & dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis similes esse dicebat, quod muscas & culices irretirent, à fortioribus autem perrumperentur. Interrogatus quo pacto abstemius fieret, ebriosorum mores intuens respondit. Mortuũ tradunt Suidas & Laertius in profunda senectute, iamque 100. annos natum, & quidem à proprio fratre Caduia Scytharum rege, quod in patriam rediens Græcorum ritu sacrificasset interemtũ. De Euripide autẽ quid sentiendũ sit, nemo qui humaniores litteras vel de limine salutauit merito ignorauerit. Natũ illũ ferũt eo ipso die quo numerosus ille Xerxis exercitus ab Atheniẽsibus fusus est. Floruit tẽpore Archelai regis Macedonum, à quo in quanto honore habitus fueri

præsentes Epistolæ indicio. Scripsit fabulas septuaginta quinque, ex quibus nouendecim tantum ad nos peruenerunt. Cuius Sapientiæ & Doctrinæ quantum tribuendum sit, satis indicat Cicero cum ait: Ego certe singulos eius versus singula testimonia puto: & Plutarchus in vitâ Niciæ, vbi refert multos captiuos propter Euripidem Poetam vitâ & salute donatos; cuius nimirum carmina præ ceteris Græcorum Poetis Siculi demirabantur, & si qua à captiuis vllis audire poterant, libentissimè ediscebant. Nec tantum propter Euripidem multos captiuos liberarunt, sed etiam victu liberalissimè instruxerunt, & incolumes ad suos remiserunt. Castitate vitæ tantâ fuit, vt μισογύνης, id est mulierum osor dictus fuerit. Periisse eum ferunt noctu ab Archelai canibus discerptum, incredibili regis luctu & mœrore. Ossa eius regis iussu Pellam translata, & honorificentissimè sepulta, spretis Atheniensium precibus, qui sæpe per legatos tentauerant, vt ciuis sui reliquias in patriam referre sibi liceret. Ad Theanus Epistolas quod attinet siue illa Pythonactis filia Pythagoræ vxoris, siue illius Thuriæ Leophronis filia Brotini vxoris (vtraque enim fuit doctissima pariter & sapientissima:) siue iterum germanæ illæ, & genuinæ, siue à docto quodã viro efficta,

effecta, ipsique attributa, non indigna illa profecto tanti ingenii & prudentiæ femina, in quibus veræ matris, honestæ matronæ, prudentis matrisfamilias idea ad amussim effingitur & depingitur. Hasce ergo Epistolas sub tutela ac Patrocinio Illustris tuæ Cels. in lucem mihi dare visum. Cuius rei cum infinitas rationes habeam, vna illa mihi sufficiet, quod Cels. V. Mæcenatem litterarum & litteratorum iam olim mihi constet esse augustissimum. Nempe qui in doctorum vitam & salutem nata, non nisi illorum fato non exiguo moritura. Salue ergo, & viue ac vale diutissimè princeps optime & sapientissime; cuius vitam in tardã vsq; seramq; senectam protrahat, & tandem immarcessibili vitæ æternæ corona donet, ille DEVS Deorum optimus summus & maximus: Cui Ill. Tuam C. eiusq; omnia reuerenter commendo. Rostochio, Anno 1595.

ILL. TVAM C.

Reuerenter colens

EILHARDVS LVBINVS.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

ἈΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ Τυανέως.

ΕὐΦΡΆΤῌ.

Ἐμοὶ πρὸς φιλοσόφους ἐστὶ φιλία· πρὸς μέντοι σοφιστὰς, ἢ γραμματιστὰς, ἢ τοιοῦτο γένος ἕτερον ἀνθρώπων κακοδαιμόνων, οὔτε νῦν ἐστὶ φιλία, μήτε ὕστερόν ποτε γένοιτο. Τάδε μὲν οὖν οὐ πρὸς σὲ, πλὴν εἰ μὴ καὶ σὺ τούτων εἷς. Ἐκεῖνα δὲ καὶ πάνυ πρὸς σέ· Θεράπευέ σου τὰ πάθη, καὶ πειρῶ φιλόσοφος εἶναι, καὶ μὴ φθονεῖν τοῖς ὄντως φιλοσοφοῦσιν, ἐπεί σοι καὶ γῆρας ἤδη πλησίον, καὶ θάνατος.

Τῷ αὐτῷ.

Ἡ ἀρετὴ φύσει, μαθήσει, κτήσει, χρήσει. Δι' ἣν ἕκαστον ἂν εἴη τῶν προειρημένων ἀποδοχῆς ἄξιον. Σκεπτέον εἰ δή σοι τούτων ἐστὶν, ἢ σοφιστείας παυστέον λοιπὸν, ἢ προῖκά γε χρηστέον αὐτῇ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας. Ἐπείπερ ἤδη σοι καὶ τὰ Μεγαβύζου.

EPISTOLAE APOLLONII TYANEI.

EVPHRATAE.

MIHI cum Philosophis amicitia est, cũ Sophistis vero, & Grãmatistis, aut si quod consimile aliud hominum malorũ genus, ne nunc quidem amicitia colitur, nec imposterum colatur. Hæc igitur non tibi dicta, nisi forte tu quoque horum quispiã. Illa verò omnino tibi dicta: Cura adfectus tuos, & stude Philosophus esse, nec aliis qui verè philosophãtur inuidere, cũ tibi & senectus iam vicina, & mors.

EIDEM

VIrtus natura, institutione, possessione, vsu adquiritur. Per quam vnumquodque prædictorum fuerit, dignũ est, quod recipiatur. Considerandum igitur, nunquid tibi quoque horum quidquam adsit: aut à Sophistica desistendum, aut gratis illa contra quoscunque vtendum. Quandoquidẽ etiam tibi, quæ Megabyzi erãt, adquisiuisti.

EI-

Τῷ αὐτῷ.

Ἐπῆλθες ἔθνη τὰ μεταξὺ τῆς Ἰταλίας ἀπὸ Συρίας ἀρξάμενος, ἐπιδεικνὺς σαυτὸν ἐν ταῖς τοῦ βασιλέως λεγομέναις διπλαῖς. Τρίβων δ' ἦν σοι τότε, καὶ πώγων λευκὸς, καὶ μέγας· πλέον δὲ οὐδέν. Εἶτα πῶς διὰ θαλάττης νῦν ὑποστρέφεις, ἄγων φορτίδα μεστὴν ἀργυρίου, χρυσίου, σκευῶν παντοδαπῶν, ἐσθήτων ποικίλων, κόσμου τοῦ λοιποῦ, τύφου, καὶ ἀλαζονείας, καὶ κακοδαιμονίας; Τίς ὁ φόρτος καὶ ὁ τρόπος τῆς καινῆς ἐμπορίας; Ζήνων τραγημάτων ἦν ἔμπορος.

Τῷ αὐτῷ.

Ὀλίγων δεῖ σοῦ τοῖς παισὶν, εἰ φιλοσόφου παῖδες εἶησαν. Ἔδει μὲν οὖν μηδὲ φροντίσαι πλείω σε χρείας τῶν ἱκανῶν, ἄλλως τε καὶ μετὰ ἀδοξίας τινός. Ἐπεὶ δὲ ἅπαξ ἐγένετο, δεύτερον ἂν εἴη μεγάλη σπουδὴ νεῖμαί σε τισὶ ἔνια τῶν ὄντων· ἔχεις δὲ καὶ πατρίδα, καὶ φίλους.

Τῷ αὐτῷ.

Τῶν Ἐπικούρου λόγων ὁ περὶ ἡδονῆς οὐδενὸς ἔτι συνηγόρου δεῖται τῶν ἐκ τοῦ κήπου, καὶ τῆς ἐκείνου διατριβῆς.

EIDEM

ACcessisti ad populos vltra Italiam positos, à Syria incipiens ostentans te in duplicibus, quæ regis appellantur, vestibus. Baculus autem tibi tunc erat, & barba alba, & magna: præterea nihil. At quomodo iam mari inde postliminio reuerteris, adducens nauem onerariam plenã argento, auro, variis vasibus, pictis vestibus, & reliquo ornatu, fastu, & superbia, & malitia, & infelicitate? Nam quodnam illud onus, & quinam modus nouæ mercaturæ? Nempe Zeno bellariorum erat mercator.

EIDEM

PAucis liberis tuis opus erat, si Philosophi liberi essent. Aequum ergò erat ne de pluribus, quàm necessariis tibi adquirendis sollicitus esses, præsertim non sine ignominia. Quæ si semel contigerunt, consequens erat, vt magno studio quædam ex illis quibusdam elargireris. Habes autem patriam, & amicos.

EIDEM

INter Epicuri sermones, ille, quem de voluptatibus scripsit, nullo amplius patrono indiget, ex horto Epicuri, eiusque

Schola

διατριβῆς. Πέφηνε γὰρ ὢν καὶ κατὰ τὴν στοὰν ἀληθέστατος. Εἰ δὲ ἀντιλέγων προσκομιεῖς τὰς Χρυσίππου σχολὰς καὶ δόγματα, γέγραπταί τι καὶ ἐν τοῖς βασιλικοῖς γράμμασι· Εὐφράτης ἔλαβε, καὶ πάλιν ἔλαβεν· Ἐπίκουρος δὲ οὐκ ἔλαβεν.

Τῷ αὐτῷ.

Ἠρόμην πλουσίους τινὰς, εἰ περαίνονται. Τί δ' οὐ μέλλομεν; ἔφασαν. Ἠρόμην οὖν, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀνάγκης. Ἤκουον πλοῦτον: Σὺ δ' ὦ τάλαν, νεόπλουτος.

Τῷ αὐτῷ.

Ἐὰν ὅτι τάχος εἰς Αἰγὰς ἀφίκῃ, καὶ κενώσῃς ἐκεῖ τὴν ναῦν, ἰτέον ἐστὶ σοὶ πάλιν ὅτι τάχος εἰς τὴν Ἰταλίαν. καὶ κολακευτέον ὁμοίως νοσοῦντας, γέροντας, γραῦς, ὀρφανοὺς, πλουσίους, θρυπτομένους, Μίδας, Γέτας. Πάντα φασὶ δεῖν τὸν ἔμπορον κάλων σείειν. Ἐμοὶ δὲ εἴη τὴν ἀλίαν πρυτανᾶν ἐν Θέμιδος οἴκῳ.

Τῷ αὐτῷ.

Ἆρά τι καὶ σὺ γράψαις ἄν; Εἰ γὰρ οὕτω γένοιο γενναῖος, καὶ ἔχοις δ' ἂν εἰπεῖν τὰ συνήθη

ταῦτα

schola: Nam etiam secundum Stoam verissimus esse apparet. Quod si his cōtradicendo Chrysippi scholas, & dogmata attuleris: scriptum aliquid extat in regiis litteris: Euphrates accepit, & rursus accepit: Epicurus autem non accepit.

EIDEM

ATtollebam diuites quosdam, si metā haberent. At quid nos non volumus? illi dixerunt: attollebam ergo etiam necessitatis caussam, illi verò diuitias appetebant. Tu verò ô miser, nuper diues euasisti.

EIDEM

VBi quàm celerrimè ad Aegas perueneris, ibi nauim exoneraueris, statim quàm celerrimè tibi in Italiam redeundum est, ibiq; similiter adsentandū ægrotis, senibus, vetulis, orbis, diuitibus, in delitiis viuētibus, Midis, Getis. Omnia aiunt funium mercatorem mouere oportere. At mihi cōtingat salinum cerebrare in Themidos domo.

EIDEM

NOnne etiā tu aliqd scribes? Quod si tā generosus euaderes, haberes q̄ diceres

hæc

Ταῦτα καὶ πρόχειρα. λουτρὸν ἅπαν Ἀπολλώνιος παραιτεῖται, καὶ τῆς οἰκίας οὐδέποτε πρόεισι, καὶ σωζομένους ἔχει τοὺς πόδας· οὐδὲν ἐρᾷ ποτε τῶν τοῦ σώματος κινῶν, δι' ὅλου γὰρ τὴν ψυχὴν κινεῖ· κομᾷ τὴν κεφαλήν. καὶ γὰρ ὁ Ἕλλην, ὅτι Ἕλλην, καὶ οὐ βάρβαρος· Ἐσθῆτα φορεῖ λινῆν, καὶ τῶν ἱερῶν τὰ καθαρώτατα· μαντικῇ χρῆται, πολλὰ γὰρ τὰ ἄδηλα, καὶ ἄλλως ἀμήχανον προαισθέσθαι τὰ τῶν ἐσομένων. Ἀλλ' οὐ πρέπον φιλοσόφῳ τὸ τοιοῦτον, ὃ πρέπει καὶ θεῷ. Καὶ σωμάτων δὲ ὀδύνας ἀφαιρεῖ, καὶ πάθη παύει. τοῦτό που καὶ πρὸς τὸν Ἀσκλήπιον κοινὸν τὸ ἔγκλημα. Σιτεῖται μόνος· οἱ δὲ λοιποὶ ἐσθίουσι. Βραχέα τε λέγει, καὶ ἐπὶ βραχύ, σιγῆσαι γὰρ ἐστὶν ἀδύνατος. Σαρκῶν ἀπέχεται πασῶν, καὶ θηρίων πάντων, διὰ τοῦτο ἄνθρωπός ἐστι. Εἰ ταῦτα ἐρεῖς Εὐφράτα γεγράφθαι, ἴσως ἐκεῖνο προσθήσεις, εἰ μὴ ἦν ἔλαβον ἂν ἀργύριον, ὡς ἐγὼ δωρεὰς πολιτείας. Εἴ τι ἦν οὐκ ἂν ἔλαβεν, ἀλλὰ τῇ πατρίδι μὲν, ἔλαβεν ἄν· ἡ πατρὶς δὲ, ἣ μὴ οἶδεν ἃ ἔχει.

ΔΙΩΝΙ.

Αὐλοῖς καὶ λύρᾳ κρεῖττόν ἐστι τέρπειν, ἢ λόγῳ. Τὰ μὲν γὰρ ἡδονῆς ὄργανα, καὶ Μουσικὴ ὄνομα τῇ τέχνῃ· λόγος δὲ τἀληθὲς εὑρίσκει.

Τοῦτο

hæc vſitata mihi, & promta. Omne balneũ Apollonius deuitat, nec vnquam extra domum prodit, ſed pedes ſuos in tuto retinet. Nunquã aliquid corporis membrum mouere conſpicitur, nam per omnia animam mouet. Nutrit in capite comam: nam Græcus id facit, quia Græcus, non Barbarus. Veſtem geſtat lineam, & quęcunq; ſacerdotũ puriſſima. Diuinatione vtitur? plurima enim incognita, & alias impoſſibile futura præſcire. Sed non decet tale quid Philoſophum, quod etiã DEVM decet. Nam & corporis ægritudines tollit, & adfectus ſedat, quod crimen cum Aeſculapio commune habet. Comedit ſolus, reliqui verò vorant. Pauca loquitur, & de paucis, nam tacere omnino nõ poteſt. Carnibus omnibus abſtinet & feris, ꝓpterea homo eſt. Vbi te ſcripſiſſe dixeris, illud etiã forte addes: Si ꝙ eſſet ſumeret argẽtũ, vt ego Reip. munera. Si quid eſſet nõ ſumeret, ſed patriæ illa acciperet, nõ autẽ patria, quæ quid habeat, ignorat.

DIONI.

TIbiis & lyrâ ſatius eſt delectari, quàm ratione. Illa enim voluptatis inſtrumenta ſunt, illique arti Muſica nomen. Ratio verò veritatem inuenit.

Τοῦτό σοι πρακτέον, τοῦτο χαριέστερόν σοι, ῥητέον, ἣν καὶ περὶ τοῦτο φιλοσοφῇς.

Τῷ αὐτῷ.

Ζητοῦσί τινες τὴν αἰτίαν δι' ἣν πέπαυμαι διαλεγόμενος ἐν πολλοῖς. Εἰδέτωσαν οὖν οἷς ἂν εἰσιέναι μελῇ τὸ πιστὸν, Ἀδύνατος ὠφελῆσαι λόγος ἅπας, ὃς ἂν εἴη, ὧν μηδὲ πρὸς ἕνα λέγηται. Ὁ τοίνυν ἄλλως καὶ λεγόμενος, δόξης ἥττων ἂν διαλέγοιτ' ἄν.

Καισαρέων προβούλοις.

Πρῶτον εἰς πάντα θεῶν ἄνθρωποι δέονται καὶ περὶ πάντα, ἔπειτα πόλεων. Τιμητέον γὰρ δεύτερον πόλεις μετὰ θεοὺς, καὶ τὰ πόλεως προκριτέον παντὶ νοῦν ἔχοντι. Εἰ δὲ μὴ πόλις μόνον εἴη, ἀλλὰ καὶ μεγίστη τῆς Παλαιστίνης, ἀρίστη τε τῶν αὐτόθι μεγέθει, καὶ νόμοις, καὶ ἐπιτηδεύμασι, καὶ προγόνων κατὰ πόλεμον ἀρεταῖς, ἔτι τε ἤθεσι καὶ εἰρήνην, καθάπερ ἡ ὑμετέρα πόλις, μάλιστα πασῶν τῶν ἄλλων ἔμοιγε θαυμαστέα τιμητέα τε, καὶ ἄλλῳ δεομένως παντὶ νοῦν ἔχοντι. Τοῦτο μὲν οὖν ἐκ λόγου κοινοῦ τὸ προκριτικὸν, ἂν ᾖ τὸ κατὰ σύγκρισιν τῶν πολλῶν.

Hoc tibi faciendum, hoc ſcribendum, hoc dicendum, ſiquidem circa illud Philoſopharis.

EIDEM

QVærunt quidam cauſſas quare de multis differere ceſſauerim. Sciant igitur, quibuscunq; hoc ipſum ſcire curæ eſt: Impoſſibile eſt vt omne verbum proſit, quod vnum cum ſit, ad vnum tamen non dicitur. Quicunque ergo temerè differit, ab opinione ſuperatus ſanè differat.

Cæſareenſium magiſtratui.

PRincipio in omnibus, & de omnibus homines Diis indigent, deinde vrbibus. Nam poſt DEOS vrbes colendæ ſunt, & quæ ad ciuitatem ſpectant omnibus qui rationem habent, præponuntur. Quod ſi non ciuitas ſolum ſit, ſed etiam Palęſtinæ maxima, & omnium quotquot ibi ſunt optima ſit, magnitudine, legibus, inſtitutis, & maiorum in bello virtutibus, & inde etiam moribus ſecundum pacem, velut veſtra ciuitas: illa omnium aliarum maximè mihi admiranda, & colenda eſt, & vnicuique qui ratione præditus eſt. Hoc igitur ex communi ratione præferendum eſt, ſi ex multorum comparatione ita appareat.

ὅταν δὲ καὶ ἀρχὴ πόλις ποτὲ τῆς πρὸς ἕνα τιμῆς ἄνδρα, πόλις οὖσα, καὶ τοῦτον ἑαυτῆς ξένον, καὶ ἄποθεν, τί ἡ τούτου τοῦ ἀνδρὸς πρὸς ἀμοιβὴν, ἢ ἡμῖν ἀλλήλοις ἴσην ἄξιον εἴη; Τοῦτο μόνον ἴσως, εἰ θεοφιλής τις ὢν τύχοι διά τινα φύσεως ἐπιτηδειότητα τὸ εὔχεσθαι τῇ πόλει τὰ ἀγαθὰ, τυγχάνειν τι τῆς εὐχῆς. Ὅπερ ἂν διατελέσαιμι κἀγὼ πράττων ὑπὲρ ὑμῶν, ἐπείπερ ἤθην ἤθεσιν ἑλληνικοῖς, φαίνουσι τὸ ἴδιον ἀγαθόν. καὶ διὰ γραμμάτων κοινῶν. Ἀπολλωνίδην δὲ τὸν Ἀφροδισίου νεανίαν ἐρρωμενεστάτης φύσεως, ἀξίας τε τοῦ ὑμετέρου ὀνόματος, πειράσομαι χρήσιμον ὑμῖν παρασκευάζειν εἰς ἕκαστα μετὰ τῆς τύχης τινὸς ἀγαθῆς.

Σελευκέων τοῖς προβούλοις.

Πόλις ἥτις, ἂν οὕτω πρός τε θεοὺς ἔχει, καὶ ἀνθρώπων πρὸς τοὺς ἀξίους ἀποδοχῆς, αὐτή τε εὐδαίμων, καὶ εἰς ἀρετὴν ὠφέλησε τοὺς μαρτυρηθέντας. Ἄρξασθαι μὲν οὖν χάριτος οὐ δυσχερὲς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις τὸ κάλλιστον. Ἀμοιβὴν δ' οὐ μόνον ῥᾴδιον, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ὁμοίαν εὑρεῖν ἀδύνατον. Τὸ

γάρ που

Quod ſi ciuitas vnum hominem, ciuitas cũ ſit, honore adficere incipiat, idq; ſuum hoſpitem, & procul à ſe remotum: Quid aut ille vir dignum retribuere, aut vobis quibuſdam inuicem dignum pręſtari queat? Illud vnum fortaſſis, ſi DEO amicus cum ſit, aliquâ naturę, aptitudine omnia fauſta ciuitati comprecetur, ſuique voti compos fiat. Id quod vobiſcum etiam perficere ſtudebo: cũ maximopere gaudeam, quod Græcorum moribus proprium bonum oſtenderitis, & per litteras communes. Apollonidem verò Aphrodiſii filium iuuenem robuſtiſſimæ naturæ, & veſtro nomine dignę, vtilem vobis præparare ſtudebo ad omnia bona, fortuna adiuuante.

Seleucenſium Magiſtratui.

CIuitas, quæ ita aduerſus DEVM, & homines, qui recipiantur dignos, adfecta eſt, illa & beata eſt, & illis de quibus teſtatũ eſt, in ſtudio virtutis prodeſt. Incipere igitur gratiam referre non difficile eſt, quin etiã in hominibus optimum. Retributionem autem non ſolum facilem, ſed etiam omnino æqualem inuenire impoſſibile. Nam

γάρ πω τῇ τάξει δεύτερον, οὐδέποτε τῇ φύσει πρῶτον. Ὥστε θεὸν ἀνάγκη παρακαλεῖν ὑπὲρ ὑμῶν, ἀμείψασθαι τοὺς οὐ τῇ δυνάμει μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις κρείττους γινομένους. Ἀνθρώπων γὰρ οὐδεὶς τά γε τηλικαῦτα δυνατός, καὶ τὸ ἐθελῆσαι δ' ἄν με παρ' ὑμῖν γενέσθαι, τῆς ὑμῶν ἂν εἴη χάριτος, καὶ αὐτὸ εἰς ἡμᾶς, ὡς ἔγωγ' ἂν εὐξαίμην παρ' ὑμῖν καὶ γεγενῆσθαι. Οἱ πρέσβεις ὑμῶν τιμιώτεροι, διότι καὶ φίλοι, Ἱερώνυμος, καὶ Ζήνων.

Τοῖς αὐτοῖς.

Στράτων μὲν ἐξ ἀνθρώπων οἴχεται, πᾶν ὅσον ἦν αὐτῷ θνητὸν ἐπὶ γῆς καταλιπών. Χρὴ δὲ τοὺς ἔτι κολαζομένους ἡμᾶς ἐνθάδε, ζῆν ἄλλως λεγομένους, ἔχειν τινὰ τῶν ἐκείνου πραγμάτων ἐπιμέλειαν. Ἄλλοις μὲν οὖν ἄλλό τι ἔργον δικαίως γένοιτο νῦν, ἢ καὶ ὕστερον, οἷς μὲν ὡς οἰκείοις, οἷς δὲ ὡς αὐτὸ μόνον ἀνδράσι φίλοις, οὐκ ἐν ἑτέρῳ γνωσθησομένοις χρόνῳ. Τούτων εἴπερ ἦν τῶν ὀνομάτων ἀληθές τι καὶ πρόσθεν. Ἐγὼ μέντοι καὶ ταύτῃ βουλόμενος ἐξαιρέτως ὑμέτερος εἶναι τὸν, ἐκ Σελευκίδος υἱὸν αὐτῷ γενόμενον

Ἀλέξαν-

quod ordine secundum est, nunquam naturâ primum fit. Quare necesse est, vt DEVS propter vos inuocetur, vt retribuat illis qui non potentia solum, sed etiam actu nos superârunt. Hominum enim talia præstare nullus potest. Quod verò cupitis vobiscum vt sim, vtinam vobis gratificari possem & tam in nostrâ potestate esset, vt ego etiam vobiscum esse exoptarem. Legati vestri honorandi sunt, quare & amici Hieronymus & Zeno.

IISDEM

STraton quidem ex mortalibus discessit, mortale quidquid habuit in terra reliquit. Decet ergo nos qui adhuc punimur, aliàs hic viuere dicimur, aliquam rerum eius curam habere. Et alii quidem aliud opus meritò suscipiant aut nunc, aut posterius, alii vt familiares, alii vt amici, qui in illo solũ necessitatis, nõ alio tẽpore cogniti sint: Si quidẽ etiã antea ita reuera appellati sunt. Ego sanè hic etiã eximiè vester esse studens, filiũ eius, qui ipsi ex Seleudice natus,

Ἀλέξανδρον, καὶ μεταδώσω παιδείας τῆς ἐμῆς. πάντως δ' ἂν μετέδωκα καὶ χρημάτων ὅτι μείζονα δεῖς, εἴπερ ἔχειν ἦν ἄξιον.

Εὐφράτῃ.

Πυνθάνονταί μου πολλοὶ πολλάκις, τίνος ἕνεκεν οὐ μετεπέμφθην εἰς Ἰταλίαν, ἢ οὐ μεταπεμφθεὶς ἀφικόμην, ὥσπερ σὺ, καὶ εἴ τις ἕτερος. Ἐγὼ δὲ περὶ τοῦ προτέρου μὲν οὐκ ἀποκρινοῦμαι, μὴ καὶ δόξω τισὶν εἰδέναι τὴν αἰτίαν, οὐδ' εἰδέναι μοι μέλον· Περὶ δὲ τοῦ δευτέρου, τί ἂν καὶ δεοίμην ἕτερον λέγειν, ἢ ὅτι ἂν μᾶλλον μετεπέμφθην, ἢ ἀφικόμην;

Τῷ αὐτῷ.

Τὴν ἀρετὴν ἀδέσποτον εἶναι Πλάτων ἔφησεν. Εἰ δὲ μὴ τιμᾷ τοῦτο τὶς, καὶ χαίρηθεν ἐπ' αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ ὤνιος γίνεται χρημάτων, πολλοὺς δεσπότας ἑαυτοῦ ποιεῖ.

Τῷ αὐτῷ.

Μάγους οἴει δεῖν ὀνομάζειν, τοὺς ἀπὸ Πυθαγόρου φιλοσόφους, ὧδέ που καὶ τοὺς ἀπὸ Ὀρφέως. Ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Διὸς οἶμαι δεῖν ὀνομάζεσθαι μάγους, εἰ μέλλουσιν εἶναι θεῖοί τε καὶ δίκαιοι.

Τῷ αὐ-

Alexandrum, meæ doctrinæ participem faciam. Pecuniam etiam ipsi concederem, nisi plura dedissem, quàm ipsum habere dignum est.

EVPHRATAE.

SAepè multi ex me quærunt, quare in Italiam non accersitus fuerim, aut non accersitus inde redierim, quemadmodum tu, & si quisquam alius. Ego verò de priori non respondebo, ne quibusdam caussam scire videar, quàm nescire curo. De posteriori autem quid aliud dicere deberem, quod potius accersitus sim, quam redierim.

EIDEM

VIrtutem nullius dominio subiectam Plato dicit. Nisi vero hanc quis amat, eâque delectatur, sed pecuniis etiam venalis fit, multos sibi dominos facit.

EIDEM

MAgos dicendos esse censes Philosophos à Pythagora, vel etiam ab Orpheo oriundos. Ego verò etiam à Ioue Magos dicendos existimo, si diuini & iusti perhiberi volent.

Τῷ αὐτῷ.

ΜΑ΄γυς ὀνομάζουσι τοὺς θεοὺς οἱ Πέρσαι· Μάγος οὖν ὁ θεραπευτὴς τῶν θεῶν, ἢ ὁ τὴν φύσιν θεῖος. Σὺ δ᾽ οὐ Μάγος, ἀλλ᾽ ἄθεος.

Τῷ αὐτῷ.

Ἡράκλειτος ὁ φυσικὸς ἄλογον εἶναι κατὰ φύσιν ἔφησε τὸν ἄνθρωπον. εἰ δὲ τοῦτο ἀληθές, ὥσπερ ἐστὶν ἀληθές, ἐγκαλυπτέος ἕκαστος ὁ ματαίως ἐν δόξῃ γινόμενος.

Σκοπελιανῷ σοφιστῇ.

ΠΕ΄ντε εἰσὶ σύμπαντες οἱ τοῦ λόγου χαρακτῆρες, ὁ φιλόσοφος, ὁ ἱστορικός, ὁ δικανικός, ὁ ἐπιστολικός, ὁ ὑπομνηματικός. Ἐγκειμένων δὴ τῶν γενικῶν χαρακτήρων τῇ τάξει, πάλιν γίνεται πρῶτος μὲν ὁ κατὰ τὴν ἑκάστου δύναμιν ἢ φύσιν ἴδιος ὤν· Δεύτερος δὲ ὁ ἐν μιμήσει τοῦ ἀρίστου τῶν ἐκ φύσεως, ἥντις ἐνδεὴς εἴη. Τὸ δὲ ἄριστον δυσεύρετόν τε, καὶ δυσεπίκριτον, ὥστε οἰκειότερος ἑκάστῳ χαρακτὴρ ὁ ἴδιος, ἐπείπερ καὶ βεβαιότερος.

EIDEM

PErsæ Deos Magos appellant. Magus ergo Deorum minister, aut naturâ diuinus. Tu verò non Magus, sed impius.

EIDEM

HEracletus Physicus hominem natura irrationalem esse dixit. Si verò illud verum est, vt verum est, meritò vnusquisq; erubescat, qui vanâ opinione ducitur.

Scopeliano Sophistæ.

VNiuersi sermonis Characteres quinque numero sunt: Philosophus, Historicus, Iuridicus, Epistolicus, & commentatorius. Hi generales Characteres cum ordini incumbant: rursus primus euadit, qui secundum vniuscuiusque facultatem, & naturam, proprius est: Secundus, qui in imitatione optimi ex natura, si quis illo indigeat. Illud verò optimum, & inuentu & diiudicatu difficile est. Adeo, vt proprius Character vnicuique familiarior sit, quemadmodum & validior.

Τῷ αὐτῷ.

Εἰ σοὶ δύναμίς ἐστιν, ὥσπερ ἐστὶν, καὶ φρόνησιν ἂν εἴη σοι κλητέον. Καὶ γὰρ εἰ φρόνησις ἦν, δύναμις δὲ ἀπῆν, ὁμοίως ἔδει σοι δυνάμεως. Δεῖται γὰρ ἀεὶ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου, ὥσπερ ὄψις φωτὸς, καὶ φῶς ὄψεως.

Τῷ αὐτῷ.

Βαρβάρων ἀφεκτέον, καὶ οὐκ ἀρκτέον αὐτῶν. Οὐ γὰρ θέμις βαρβάρους αὐτοὺς εὖ πάσχειν.

ΛΕΣΒΩ΄ΝΑΚΤΙ.

Δεῖ πένεσθαι μὲν ὡς ἄνδρα, πλουτεῖν δὲ ὡς ἄνθρωπον.

Κρίτωνι.

Τὸ θειότατον Πυθαγόρας ἰατρικὴν ἔφασκεν. Εἰ δὲ ἰατρικὴ τὸ θειότατον, καὶ ψυχῆς ἐπιμελητέον μετὰ σώματος· ἢ τὸ ζῶον οὐκ ἂν ὑγιαίνοι τῷ κρείττονι νοσοῦν.

Ἑλλανοδίκαις, καὶ Ἠλείοις.

Ἀξιοῦτέ με τῷ ἀγῶνι τῶν Ὀλυμπίων παραγενέσθαι, καὶ διὰ τοῦτο ἐπέμψατε πρέσβεις.

Ἐγὼ

EIDEM

SI tibi facultas eſſet, quemadmodum eſt, prudentia etiam tibi opus eſſet. Etenim ſi Prudentia tibi eſſet, & facultas abeſſet, ſimiliter facultate indigeres. Semper enim alterum alterius indiget, vt viſus lumine, & lumen viſu.

EIDEM

A Barbaris abſtinendum, nec elargiendum ipſis. Nefas enim Barbaros ipſos beneficium accipere.

LESBONACTI.

DEcet pauperem eſſe, vt virum, diteſcere verò vt hominem.

CRITONI.

ARtem medicam Pythagoras rem diuiniſſimam eſſe dixit. Quod ſi ars medica res diuiniſſima, etiam poſt corpus animæ cura habenda eſt, aut animal non ſanum erit, quod quidem potiore ſui parte ægrotet.

Præfectis in Olympico certamine, & Eleenſibus.

AD Olympicũ certamẽ me accedere dignati eſtis, & propterea miſiſtis legatos. Ego

ἐγὼ δὲ παρεγενόμην ἂν ἐπὶ σωμάτων θέαν, καὶ ἅμιλλαν, εἰ μὴ τὸν μείζονα τῆς ἀρετῆς ἀγῶνα καταλείψειν ἔμελλον.

Πελοποννησίοις.

Ὀλύμπια τὸ δεύτερον. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐγένεσθε πολέμιοι, τὸ δεύτερον δὲ οὐ φίλοι.

Τοῖς ἐν ὀλυμπίᾳ θεηκόροις.

ΘΕοὶ θυσιῶν οὐ δέονται. Τί οὖν ἄντις πράττων χαρίζοιτο αὐτοῖς; Φρόνησιν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ κτώμενος, ἀνθρώπων τε τοὺς ἀξίους εἰς δύναμιν εὖ ποιῶν. Ταῦτα φίλα θεοῖς. Ἐκεῖνα δὲ ἀθέων.

Τοῖς ἐν Δελφοῖς ἱερεῦσιν.

Αἵματι βωμοὺς μιαίνουσιν ἱερεῖς, εἶτα θαυμάζουσί τινες πόθεν αἱ πόλεις ἀτυχοῦσιν, ὅταν μεγάλα δυστυχήσωσιν. Ὦ τῆς ἀμαθίας. Ἡράκλειτος δ' ἦν σοφός· ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνος Ἐφεσίους ἔπεισε μὴ πηλῷ πηλὸν καθαίρεσθαι.

Βασιλεῖ Σκυθῶν.

ΖΑμολξις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἦν καὶ φιλόσοφος, εἴγε μαθητὴς Πυθαγόρου ἐγένετο. καὶ εἰ

κατ'

Ego verò ſanè ad corporum ſpectaculum, & certamen accederem, ſi maius virtutis certamen vellem relinquere.

PELOPONNESIIS.

OLympicum certamen poſterius eſt. Et prius quidem hoſtes facti eſtis, poſterius verò non amici.

IN OLYMPIA Sacerdotibus.

DIj victimis non indigent. Quid ergo faciendo gratus aliquis illis fuerit? Si prudentiam, vt mihi videtur, poſſideat, & hominibus dignis beneficiis, quantum poteſt benefaciat. Hæc Diis cara ſunt: illa verò impiorum.

IN DELPHIS SACERdotibus.

SAnguine aras fœdant ſacerdotes, poſtea demirantur quidam, quare ciuitates calamitoſæ ſint, cum in maximis calamitatibus verſantur. O ruditatem! Heracletus erat ſapiens. Sed ne ille quidem Epheſiis perſuaſit, vt luto lutum purgarent.

Regi Scytharum.

ZAmolxis vir bonus & Philoſophus eſſet, ſi Pythagoræ fuiſſet diſcipulus: Et ſi illo

τὸν χρόνον τοιοῦτος ἦν ὁ Ῥωμαῖος, ἑκὼν ἂν ἐγένετο φίλος. Εἰ δὲ ὑπὲρ ἐλευθερίας οἴει δεῖν ἀγῶνα καὶ πόνον ἔχειν, ἄκουε φιλόσοφος, τουτέστιν ἐλεύθερος.

Νομοθέτῃ.

Αἱ ἑορταὶ νόσων αἴτιαι. Τοὺς μὲν γὰρ πόνους ἀνιᾶσι, τὸ ἐμπίπλασθαι δὲ αὔξουσι.

Ταμίαις Ῥωμαίων

Ἀρχὴν ἄρχετε πρώτην. Εἰ μὲν οὖν ἄρχειν ἐπίστασθε, διὰ τί τὸ παρ' ὑμᾶς χεῖρον ἑαυτῶν αἱ πόλεις ἔχουσι; εἰ δὲ οὐκ ἐπίστασθε, μαθεῖν ἔδει πρῶτον, εἶτα ἄρχειν.

Διοικηταῖς Ἀσίας.

Τί ὄφελος ἀγρίων δένδρων φυομένων ἐπὶ βλάβῃ, τοὺς κλάδους κόπτειν, ἐὰν δὲ τὰς ῥίζας;

Ἐφεσίων γραμματεῦσι.

Λίθων ἐν πόλει, καὶ γραφῶν ποικίλων, καὶ περιπάτων, καὶ θεάτρων οὐδὲν ὄφελος, εἰ μὴ νοῦς ἐνείη καὶ νόμος. Νοῦς δὲ καὶ νόμος παρὰ τούτων ἐστὶν, οὐ ταῦτα.

Μιλησί-

illo tempore Romanus talis fuiſſet, ſua ſpõte eius amicus euaſiſſet. Quod ſi pro libertate bellum & labores ſubeundos cenſes, philoſophus audi, id eſt liber.

LEGISLATORI.

FEriæ morborum cauſſa. Labores enim lædunt: & humorum plenitudinem adaugent.

QVAESTORIBVS
Romanorum.

PRimum imperiũ exercete, quod ſi imperare nouiſtis, quare veſtrę ciuitates ob vos malè habent? Quod ſi non nouiſtis, prius diſcere debebatis, inde imperare.

PROCVRATORIBVS
Aſiæ.

QVorſum prodeſt ex agreſtibus arboribus, quæ in noxam hominum naſcũtur, ramos amputare, & radices incolumes relinquere?

EPHESIORVM
ſcribis.

LApidum, & variarum ſcripturarũ, & deambulationũ, ac theatrorum nullus in ciuitate vſus, niſi pariter illi mens & lex inſit. Mens enim & lex ſine his ſunt, non hæc ſine illis.

Μιλησίοις.

Οἱ παῖδες ὑμῶν πατέρων δέονται, οἱ νέοι γερόντων, αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν, οἱ ἄνδρες ἀρχόντων, οἱ ἄρχοντες νόμων, οἱ νόμοι φιλοσόφων, οἱ φιλόσοφοι θεῶν, οἱ θεοὶ πίστεως. Προγόνων ἀγαθῶν ἐστὲ, τὰ παρόντα μισεῖτε.

Τοῖς ἐν μουσείῳ σοφοῖς.

Ἐγενόμην ἐν Ἄργει, καὶ Φωκίδι, καὶ Λοκρίδι, καὶ ἐν Σικυῶνι, καὶ ἐν Μεγάροις, καὶ διαλεγόμενος τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἐπαυσάμην ἐκεῖ. Τί οὖν εἴης ἔροιτο τὸ αἴτιον, ἐγὼ φράσαιμ' ἂν ὑμῖν τι, καὶ Μούσαις· Ἐβαρβαρώθην οὐ χρόνιος ὢν ἀφ' ἑλλάδος, ἀλλὰ χρόνιος ὢν ἐν ἑλλάδι.

Ἑστιαίῳ.

Ἀρετὴ καὶ χρήματα παρ' ἡμῖν ἀλλήλοις ἐναντιώτατα. Μειούμενον γὰρ τὸ ἕτερον αὔξει τὸ ἕτερον, αὐξανόμενον δὲ μειοῖ. Πῶς οὖν δυνατὸν ἀμφότερον περὶ τὸν αὐτὸν γενέσθαι; πλὴν εἰ μὴ παρὰ τῶν ἀνοήτων λόγῳ, παρ' οἷς καὶ ὁ πλοῦτος ἀρετή, μὴ δὴ τὸν οὖν ἡμῶν ἀναισθησίαν, ἐπιτρέπετε τοῖς αὐτίκα, μὴ δὲ ἐᾶτε πλουσίους ἡμᾶς ὑπολαμβάνειν μᾶλλον, ἢ φιλοσόφους. Καὶ γὰρ αἴσχιστον ἀποδημεῖν ὑμᾶς διὰ χρήματα δοκεῖν ἐνίων, ἵνα μνήμην ἑαυτῶν καταλίπωσι, μὴ δὲ ἀρετὴν, ἀσπασαμένων.

Κορίν-

MILESIIS.

PVeri vestri patribus opus habent, iuniores senioribus, feminæ viris, viri principibus, principes legibus, leges Philosophis, Philosophi Diis, Dii fide. Bonis maioribus prognati estis, & præsentia fastiditis.

ILLIS, QVI IN MVSEO Sapientes.

VEni in Argiuorum terram, & Phocidē, & Locridem, & Sicyonem, & Megarā, & cum prioribus temporibus disseruissem, ibi quieui: Quod si quis ex me caussam requirat, ego vobis, & Musis dicam: Barbarus factus sum, non quod diu à Græcia abfuerim, sed quod diu in Graciâ fuerim.

HESTIAEO.

VIrtus & opes apud nos cōtraria inuicē censentur. Nam altero deficiente crescit alterum, & ꝙ creuit alterum imminuit. Quî ergo vt vtrumq; vni adsit, possibile, nisi stultorū opinione, quibus etiā opes virtutes videntur? Tu verò non adeo stupidos esse nos illis qui ibi degunt, persuade, nec ꝑmitte, vt diuites potius, quàm Philosophi videamur. Turpissimū n. quosdā vestrum ꝓpter opes ꝑegrinari, vt sui memoriam post se relinquant, ꝗ virtutem tamē nō amplexi sunt.

Κορινθίῳ Βάσσῳ.

Ἦν Πραξιτέλης Χαλκιδεὺς, μαινόμενος ἄνθρωπος. οὗτος ἦλθέ ποτε ξιφήρης ἐπὶ θύρας τὰς ἐμὰς ὑπὸ σοῦ σταλεὶς τοῦ φιλοσόφου καὶ ἀγωνοθέτου τῶν ἰσθμίων. τοῦ φόνου δὲ ἦν μισθὸς δεδομένος, ἡ τῆς γυναικός σου κοινωνία, καὶ μιαρὲ Βάσσε πολλάκις εὐεργέτης ἐγενόμην σου.

Τῷ αὐτῷ.

Εἰ πυνθάνοιτο Κορινθίων τις, πῶς ὁ Βάσσου πατὴρ ἀπέθανεν; ἐροῦσιν ἅπαντες ἀστικοὶ, καὶ οἱ μέτοικοι, φαρμάκῳ. Τίνος δόντος; ἐροῦσι καὶ οἱ ὅμοροι τοῦ φιλοσόφου, καὶ ὁ μιαρὸς τῷ πτώματι τοῦ πατρὸς ἑπόμενος ἔκλαιεν.

Τοῖς ἐν Σάρδεσιν.

Ἀρετῆς μὲν ὑμῖν πρωτεῖον οὐκ ἔστι, ποίας γὰρ ἀρετῆς; Εἰ δὲ κακίας φέρεσθε τὰ πρῶτα πάντες ὑφ᾽ ἓν φέρεσθε. τοῦτο φήσουσι περὶ τῶν ἐν Σάρδεσιν οἱ ἐν Σάρδεσιν. Τίνες οὐδεὶς γὰρ οὐδενὶ τῶν αὐτόθι φίλος, ὥστ᾽ ἀρνεῖσθαί τι τῶν ἀτόπων δι᾽ εὔνοιαν.

Τοῖς αὐτοῖς.

Αἰσχρὰ καὶ τὰ ὀνόματα τῶν ταγμάτων ὑμῶν· Κόδδαροι, Ξυλοσίπαυροι. Ταῦτα τοῖς τέκνοις τίθεσθε τὰ πρῶτα, καὶ εὐτυχεῖτε γίνεσθαι τούτων ἄξιοι.

Τοῖς αὐ-

CORINTHIO BASSO.

PRaxiteles Chalcidensis insanus vir erat. Ille gladio accinctus ad ædes meas peruenit à te missus Philosopho, & ludorum Isthmicorũ præfecto. Cędis merces illi cõcessa erat vxoris tuę consuetudo. Scelerate Basse, sæpius te beneficio adfeci.

EIDEM.

SI quis Corinthiorum quęrat, quomodo Bassi pater mortuus sit? respondebunt omnes ciues, & vicini, veneno. Sin quęrat, quis dederit? etiam vicini respondebunt, quod Philosophus. Et tamen sceleratus ille parentis funus secutus fleuit.

SARDIBVS.

VIrtutis apud vos princeps locus nõ est. Qualis enim virtutis? Quod si malitiæ principatũ defertis, omnes ad vnũ agimini. Quinã hoc dicũt? De Sardibus, quicũq; sunt in Sardibus. Nemo n. ibi alteri amicus, vt ipsi mali aliquid ex beniuolentiâ deneget.

IISDEM

TVrpia ordinum vestrorum nomina sunt: Coddari, Xyrisitauri. Hæc prima liberis vestris adponitis, & felices iudicatis, si his similes euadant.

Τοῖς αὐτοῖς.

Κόδδαροι, καὶ Ξυελσίταυροι. Τὰς δὲ θυγατέρας ὑμῶν, καὶ τὰς γυναῖκας πῶς ἂν προσαγορεύοιτε; Τῶν γὰρ αὐτῶν ταγμάτων εἰσὶ καὶ αὗται, καὶ θρασύτεραι.

Τοῖς αὐτοῖς.

Οὐδὲ τοὺς οἰκέτας ὑμῖν εὐνοεῖν εἰκὸς, πρῶτον μὲν ὅτι οἰκέται· Εἶθ' ὅτι τῶν ἐναντίων ταγμάτων οἱ πλεῖστοι. Κἀκεῖνοι γὰρ ὁμοίως ὑμῖν ἀπὸ γῆς.

Πλατωνικοῖς.

Ἐὰν τις Ἀπολλωνίῳ χρήματα διδῷ, καὶ ὁ διδοὺς ἄξιος νομίζηται, λήψεται δεόμενος. Φιλοσοφίας δὲ μισθὸν οὐ λήψεται, κἂν δέηται.

Ἐφόροις.

Ἀνδρῶν μὲν τὸ μὴ ἁμαρτάνειν· γενναίων τὸ ἁμαρτάνοντας αἰσθέσθαι· λακεδαιμονίων δὲ καὶ τὸ διορθοῦσθαι.

Μουσωνίῳ.

Βούλομαι παρὰ σὲ ἀφικόμενος κοινωνῆσαί σοι λόγου καὶ στέγης, ὥστε ὀνήσαιμί σε, εἴγε μὴ ἀπιστεῖς, ὡς Ἡρακλῆς ποτὲ Θησέα ἐξ ᾅδου ἔλυσε. Γράφε τί βούλει. Ἔρρωσο.

Μουσώνιος Ἀπολλωνίῳ.

Ὧν μὲν διενοήθης ἀποκείσεταί σοι ἔπαινος· Ἀνὴρ δὲ ὑπομείνας ἀπολογίαν, καὶ ὡς

IISDEM

COddari, & Xyrisitauri. At filias, & vxores vestras quomodo appellabitis? nam & hę ex his ordinibus, & audaciores adhuc.

IISDEM

NEque famulos vestros vobis bene velle verisimile est: Primo quidem quod famuli: deinde quod plerique contrariorum ordinum. Nam & ipsi generatione vobis similes sunt.

PLATONICIS.

SI quis Apollonio pecunias dederit, & qui dat, dignus iudicatus fuerit, si illis opus habebit accipiet. Philosophiæ verò mercedem ne si indigeat, quidem accipiet.

PRAEFECTIS.

VIrorum est non peccare, generosorũ peccantes intelligere. Lacedæmoniorum verò etiam corrigere.

MVSONIO.

VOlo ad te accedere, tuiq; sermonis & tecti particeps fieri, vt tibi in aliquo prosim, nisi parũ credis, ꝙ Hercules Theseũ ex inferis liberarit. Scribe quid velis. Vale.

MVSONIVS APOLLONIO.

PRo iis, q̃ ꝓ me meditatus, laus tibi reponetur. Vir autẽ q̨ Apologiâ vti sustinuit,

καὶ ὡς οὐδὲν ἀδικεῖν δείξας, ἑαυτὸν λύει.

Μουσωνίῳ.

Σωκράτης ὁ Ἀθηναῖος ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ φίλων λυθῆναι μὴ βουληθεὶς, παρῆλθε μὲν εἰς τὸ δικαστήριον, ἀπέθανε δέ.

Μουσώνιος Ἀπολλωνίῳ.

Σωκράτης ἀπέθανεν, ἐπεὶ μὴ παρεσκεύασεν ἑαυτὸν εἰς ἀπολογίαν. Ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι.

Οὐεσπασιανῷ.

Ἐδούλωσω τὴν ἑλλάδα ὥς φασι. Καὶ πλέον μὲν οἴει τι ἔχειν Ξέρξου· λέληθας δὲ ἔλαττον ἔχων Νέρωνος. Νέρων γὰρ ἔχων αὐτὸ παρῃτήσατο.

Τῷ αὐτῷ.

Διαβεβλημένος οὕτω πρὸς ἕλληνας ὡς δουλῶσαι αὐτοὺς ἐλευθέρους ὄντας, τί ἐμοῦ ξυνόντος δέῃ;

Τῷ αὐτῷ.

Νέρων τοὺς ἕλληνας παίζων ἐλευθέρωσε· σὺ δὲ αὐτοὺς σπουδάζων ἐδούλωσας.

Τοῖς οἰησόφοις.

Εἴ λέγει τις εἶναι γνώριμος ἐμὸς, λεγέτω καὶ μένων ἔνδον, ἀπέχεσθαι λουτροῦ παντὸς,

ζῶα

& quod nihil iniuſtè egit, demonſtrauit, ſemetipſum liberat.

MVSONIO.

SOcrates Athenienſis ab amicis ſuis liberari nolens, in iudicium quidem venit: verum mortuus eſt.

MVSONIVS APOLLONIO.

SOcrates mortuus eſt, quod ſe ad Apologiam & defenſionem & excuſationem non præparauerat, ego verò me excuſabo.

VESPASIANO.

GRæciam in ſeruitutem redegiſti, & plus ipſo Xerxe te habere cenſes. Latet autem te, quod minus Nerone habeas. Nero enim cum haberet illud, abdicauit.

EIDEM

CVm ita vitupereris à Græcis, quod illos liberos in ſeruitutem redigas; quid me hoſpite indeges?

EIDEM

NEro Græcos ludens in libertatem adſciuit. Tu verò illos ſeria agens in ſeruitutem redegiſti.

ILLIS, QVI SVA OPINIONE Sapientes.

SI quis ſe meũ familiarẽ dictitat, idẽ etiã intus domi manere dicatur, ab omni

ζῷα μὴ κτείνειν, μηδὲ ἔδειν σάρκας, ἀπαθὴς εἶναι, φθόνου, κακοηθείας, μίσους, διαβολῆς, ἔχθρας, τοῦ τῶν ἐλευθέρων ὀνομάζεσθαι γένους, ἢ φυλακτέον πλάσματα φέρων τρόπου τε καὶ ἤθους, καὶ λόγων ψευδῶν, ἀλλοτρίου βίου πίστιν.

Ἑστιαίῳ τῷ ἀδελφῷ.

Τί θαυμαστὸν, εἰ μὲ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἰσόθεον ἡγουμένων, τινῶν δὲ καὶ θεὸν, μόνη μέχρι νῦν ἡ πατρὶς ἀγνοεῖ, δι' ἣν ἐξαιρέτως ἐσπούδασα λαμπρὸς εἶναι; Τοῦτο γὰρ οὐδ' ὑμῖν τοῖς ἀδελφοῖς, ὡς ὁρῶ γέγονε φανερὸν, ὡς εἴην πολλῶν ἀμείνων λόγους τε, καὶ ἦθος. Ἐπεὶ πῶς ἂν μου κατεγινώσκετε; Χαλεπὴν κατάγνωσιν ὑπομνήσεως τὴν ἀρχὴν δεομένων. περὶ ὧν μόνων οὐδὲ τῶν ἀμαθεστάτων ἄν τις περιμένειε διδαχθῆναι· λέγω δὲ πατρίδος τε, καὶ ἀδελφῶν. Καίτοι οὐ λέληθεν ἡμᾶς ὡς καλῶς ἔχον ἐστὶ πᾶσάν τε γῆν πατρίδα νομίζειν, καὶ πάντας ἀνθρώπους ἀδελφοὺς, καὶ φίλους, ὡς ἂν γένος μὲν ὄντας θεοῦ, μιᾶς δὲ φύσεως· κοινωνίας δὲ οὔσης λόγῳ τε παντὶ,

balneo abſtinere, animalia non occidere, nec carnes comedere, ſine adfectibus eſſe, ſine inuidiâ, malignitate, odio, calumniâ inimicitiâ, & ex liberorũ genere nominari. Aut cauendus eſt, vt qui ſimulationes honeſtę vitæ & morum adferat, & mendacibus verbis alterius vitæ fidem faciat.

HESTIAEO FRATRI.

QVid mirum, ſi cum alii homines me diuinum, quidam etiam DEVM eſſe cenſeant, ſola adhuc patria ignoret, propter quam potiſſimum illuſtris eſſe ſtudui. Idipſum enim, ne vobis quidem fratribus, quantum video, innotuit, quod multos antecellam ſermone, & moribus. Cum me quodammodo triſti aliquá condemnatione condemnarîtis, dum principatus occupandi mentionem feciſtis, illorum, quorum cauſſa ne maximè quidem indoctorum quiſpiam doctus eſſe cupiat: Patriæ dico & amicorum. Non enim latet me quam pulcrum ſit, omnem terram patriã cenſere, omnes homines fratres & amicos, vt qui DEI genus ſint, vniuſque naturę cumque vna communitas omnibus ſit

ſermonis,

καὶ πᾶσι πυθῶν τῆς αὐτῆς, ὅπηγε, καὶ ὅπως ἄν τις τύχῃ γινόμενος, εἴτε δὴ Βάρβαρος, εἴτε καὶ Ἕλλην, ἄλλως τε καὶ ἄνθρωπος. Ἀλλ᾽ ἔστι γάρ πως τὸ συγγενὲς ἀκατασόφιστον, καὶ πᾶν ἀνακλητικὸν αὐτοῦ τὸ οἰκεῖον. Οὕτως ὁ Ὁμηρικὸς Ὀδυσσεὺς ὥς φασιν, οὔτε ἀθανασίαν ὑπὸ θεᾶς διδομένην Ἰθάκης προὐτίμησεν. ὁρῶ δ᾽ ἔγωγε τὸν νόμον τόνδε, καὶ διὰ τῶν ἀλόγων ζώων πεφοιτηκότα· οὐ γὰρ ὁπόσον πτηνὸν καλιῶν ἀπόκοιτον ἰδίων. πᾶν τι βύθιον παρασύρεται μὲν ὑπὸ τοῦ φέροντος· ἐπαΐξει δὲ μὴ νικηθέν. Θηρία μὲν γὰρ οὔτε κόρος ἔπεισεν ἔξω φωλεῶν μεῖναί τινα τούτων. Ἡ φύσις ἤνεγκεν ἄνθρωπον, καὶ τοῦτο σοφὸν λεγόμενον, ᾧ κἂν πάντα τὰ λοιπὰ γῆ πᾶσα παρέχῃ, μνήματα μὲν οὐκ ἔχει δεῖξαι τὰ πατέρων.

Τῷ αὐτῷ.

Εἰ τῶν ὄντων τιμιώτατον φιλοσοφία, πεπιστεύμεθα δ᾽ ἡμεῖς φιλοσοφεῖν, οὐκ ἂν ὀρθῶς ὑπολαμβανοίμεθα μισάδελφοι, καὶ ταῦτα δι᾽ αἰτίαν αἰσχύνῃ τι ἅμα καὶ ἀνελεύθερον. Χρημάτων γὰρ δήπου χάριν ἡ ὑποψία, τούτων δὲ καὶ πρὶν ἢ φιλοσοφεῖν ἐπειρώμεθα καταφρονεῖν.

ſermonis, & adfectum, vbi, & quomodo aliquis ſit, ſiue Barbarus, ſiue Græcus, aut alias homo. Sed quidquid cognatum eſt, cludi non poteſt, & vbicumque reſiſtit ipſi domeſticum eſt. Sic Homericus Vlyſſes, vt aiunt, ne immortalitatem quidem à Deâ oblatam Ithacę prætulit. Ego verò hanc legem etiam à brutis animalibus freque[illegible]tari video. Nam quidquid volatile eſt, [illegible]ſim extra ſuos nidos nõ cubat. Et quidquid in profundo degit, ab illo qui diripit abſtrahitur quidem; niſi verò ſuperetur ad profundum ſuum redit. Feras verò nę fames quidem compellit, vt extra luſtra ſua maneant. Natura hominem produxit, & hæc, qui ſapiens dicitur. Cui ſi terra vel maximè omnia reliqua attribuat: monumenta tamen patentum ſuorum oſtendere non poteſt.

EIDEM

SIomniũ, quæ ſunt Philoſophia præſtantiſſimum (credimur autem nos philoſophari) non rectè fratrum oſores exiſtimamur, idque ob cauſſam parum laudabilem, & illiberalem. Nam opum gratiâ iſthæc ſuſpicio: quas etiam antequam philoſophari inceperim contemnere ſtudui. Adeo vt, quod

ὥστε τοῦ μὴ γράφειν εὐλογώτερον ἂν εἴη πρόφασιν ἑτέραν ὑπονοεῖν. Ἐφυλαττόμην γὰρ ἀληθῆ μὲν γράφων ἀλαζὼν δοκεῖν, ψευδῆ δὲ ταπεινός, ὧν ἑκάτερον ἐπίσης ἀνιαρὸν ἀδελφοῖς τε καὶ φίλῳ παντί. Νυνὶ μέντοι καὶ τοῦτο δηλῶ. Συγχωροίη γὰρ ἂν ἴσως τὸ δαιμόνιον, ὅτι συμβαλὼν τοῖς ἐν Ῥόδῳ φίλοις μετ᾽ ὀλίγον ἐκεῖθεν ἐπάνειμι πρὸς ὑμᾶς λήγοντος ἔαρος.

Γορδίῳ.

Ἠδικῆσθαί φασιν Ἑστιαῖον ὑπὸ σοῦ, καὶ ταῦτα φίλου γεγονότος· εἴγε σύ τινος φίλος. Ὅρα δὴ Γόρδιε μὴ πεῖραν λάβῃς ἀνδρὸς οὐ δοκοῦντος, ἀλλ᾽ ὄντος. Ἀσπάζομαι τὸν υἱὸν Ἀριστοκλείδην, ὃν εὔχομαι μὴ παραπλήσιόν σοι γενέσθαι. Καὶ σὺ δ᾽ ἦς νέος ἄμεμπτος.

Τυανέων τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ.

Προστάττουσιν ὑμῖν ἐπανιέναι πείθομαι. Τοῦτο γὰρ δὴ πρὸς ἕνα πόλει πρεπωδέστερον εἴη, εἰ ἐνεγκαμένης μεταπέμποιτο πολίτην ἑαυτῆς. Καὶ ὃν ἀπεδήμησα δὲ χρόνον ἀποδεδήμηκα περιποιῶν ὑμῖν εἰ καὶ ἐπαχθὲς εἰπεῖν εὔκλειάν τε καὶ ὄνομα, καὶ φιλίαν πόλεων ἐπιφανῶν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἀνδρῶν.

Εἰ δὲ

vt,quod non ſcripſerim, veriſimilius aliam cauſſam ſuſpiceris. Cauebam enim ne veritatem ſcribens ſuperbus viderer, & ne falſa humilis. Quorum vnumquodque æque moleſtum eſt fratri, & amico omni. Iam verò & hoc ſignifico. Deus forte conceſſerit, vt vbi amicos in Rhodo conueni, non multo pòſt inde ad vos veniam finito vere.

GORDIO.

INiuriâ à te adfici dicunt fratrem Heſtiæũ, idq; qui eius amicus factus ſis. Si modo tu cuiuſdam amicus. Caue ergo ô Gordi ne periculum facias viri, qui non videtur, ſed eſt. Saluta filiũ Ariſtocliden, quem exopto vt tibi ſimilis non euadat. Nam & tu iuuenis eras omni reprehenſione carens.

TYANENSIVM MAGISTRATVI, & populo.

VObis, qui me reuerti iubetis, pareo. Illud enim ad vnum toti ciuitati decentius eſt, ſi honoris gratiâ ciuem ſuum accerſat. Sanè ego quo tempore peregrinatus ſum, peregrinatus ſum, vt cõciliarem vobis (ſi quid etiam grauius dicere vellem) gloriam, & nomen, & amicitiam illuſtrium ciuitatum, quemadmodum & virorum.

Quod

εἰ δὲ καὶ μείζονος ἔτι καὶ κρείττονος ὑμεῖς ὑπολήψεως ἄξιοι, τό γε ἐμόν, καὶ τὸ παρὰ τῆς ἐμῆς φύσεως ἐπὶ τοσοῦτον ἐξήρκει μόνον δυνάμεώς τε, καὶ σπουδῆς.

Διοτίμῳ.

Ἐπλανήθης οἰηθεὶς δεῖσθαι μέ τινος, ἢ παρ' αὐτοῦ σοῦ, πρὸς ὃν οὐδὲν ἦν μοι πώποτε κοινὸν γεγονός, ἢ παρ' ἄλλου τινός, ἐμοίου τε καὶ ἐμοίως. ἦν δὲ οὐδὲ τὸ ἀναλωθὲν εἴς τι τῶν σωτηρίων, πολύτι χάριν δήμοι παθῶν, οὐ δίχ' ἀναλώματος. Τηρήσει γάρ μου τὸ ἔθος μόνως οὕτως. Ὅτι δὲ τοῦτον ἔχω τὸν τρόπον, καὶ ταύτην τὴν διάθεσιν πρὸς πάντας μου τοὺς πολίτας· ἐῶ γὰρ λέγειν ὡς καὶ πρὸς πάντας ἀνθρώπους· ἔξεστι μαθεῖν παρὰ τῶν ἄλλων πολιτῶν εὖ παθόντων μὲν ὁσάκις ἐδεήθησάν τινος, ἀμοιβὴν δὲ αἰτηθέντων μηδεμίαν. Μὴ δὴ δυσχεράνῃς, εἰ δεόντως ἐπιτιμηθεὶς ὁ ἐμὸς ὑπὲρ τοῦ προσέσθαι τι τὴν ἀρχήν. ἀπέδωκεν εὐθὺς ὃ ἔλαβε λύσια τῷ φίλῳ σου, φίλῳ δὲ καὶ ἐμῷ. ἐπεὶ μηδένα ἠπίστατο καταλελειμένων σου παίδων. Εἰ δὲ δύο λόγοι περὶ ἐμοῦ λέγονται, λεχθήσονται δὲ καὶ ἐσύστερον, τί θαυμαστόν; Ἀνάγκη γὰρ περὶ παντὸς ἄκρου δοκοῦντος καθοτιοῦν ἐναντίους λέγεσθαι λόγους. Οὕτως περὶ Πυθαγόρου, περὶ Ὀρφέως,

Quod si vos maiori adhuc,& meliori existimatione digni, hoc meũ fuit, & quod à naturâ meâ proficisci potuit, in hoc solum facultate & studio sese extendit.

DIOTIMO.

FAlsus es, dum me aliquã rem desiderasse existimasti, aut à te ipso, apud quẽ nihil vnquã cõmune habui, aut ab simili aliquo, & similiter. Nec illud quod expendisti adeo tibi salutare fuit, quodq; multũ mea caussa sustinuisti, idq; nõ sine sumtu. Nãq; ita solũ mores meos obseruabis. Quod autẽ huiusmodi mores & dispositionem, aduersus omnes ciues habeã,(nõ n. iã dico aduersus omnes homines) omnib9 ciuibus cognoscere licet, q̧ beneficio à me adfecti sunt quoties indiguerũt re aliqua, retributionẽ autẽ petierũt nullã. Nec tamẽ indigneris, ꝙ meus cũ sis iure reprehẽsus sis, ꝙ principatus aliq̄d attulerit. Statim reddidi, quidq̄d accepi, Lysiæ amico tuo, amico etiã meo cũ neminẽ liberorũ à te relictorũ sciret. Quod si duplices de me sermones proferuntur, ꝓferãtur sanè etiã imposterũ: Quod enim mirũ? Necessariũ enim vt de quolibet excellenti, quale quodcunque sit diuersi sermones ꝓferãtur. Sic de Pythagora etiã, de Orpheo,

περὶ Πλάτωνος περὶ Σωκράτους, οὐκ ἐλέχθη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐγράφη τὰ ἐναντία, ὅπου γε τὰ ὅμοια, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ. Ἀλλ' οἱ μὲν ἀγαθοὶ δέχονται τὸν ἀληθῆ λόγον ὡς ἂν ἔχοντές τι συγγενές· οἱ δὲ φαῦλοι τὸν ἐναντίον. Καὶ ἐστὶ τοῦ τοιούτου γένους καταγελᾶν. Λέγω δὲ τοῦ χείρονος, τοσοῦτο μόνον δίκαιον ὑπομνῆσαι περὶ ἐμαυτοῦ τὸ νῦν, ὅτι περὶ ἐμοῦ καὶ θεοῖς εἴρηται ὡς περὶ θείου ἀνδρὸς, οὐ μόνον ἰδίᾳ τισὶ πολλάκις, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ. Ἐπαχθὲς λέγειν τι περὶ αὐτοῦ πλεῖον, ἢ μεῖζον. ὑγιαίνειν σε εὔχομαι.

Φερουκιανῷ.

ΠΆνυ τοῖς πεμφθεῖσιν ὑπὸ σοῦ γράμμασιν ἥσθην. Πολλὴν γὰρ οἰκειότητα, καὶ γένους ἀνάμνησιν εἶχε, καὶ πέπεισμαι δι' ἐπιθυμίας εἶναί σοι θεάσασθαι με, καὶ ὑπ' ἐμοῦ θεαθῆναι. Αὐτὸς οὖν ἀφίξομαι πρὸς ὑμᾶς ὅτι τάχιστα. Ὅθεν ἔχω τῶν αὐτόθι. Συμμίξεις δέ μοι πλησίον γενομένῳ πρὸ τῶν ἄλλων οἰκείων τε καὶ φίλων. Ἐπεὶ καὶ προσήκει σοι τὸ τοιοῦτο.

Εὐφράτῃ.

ἘΝ γένει δαιμόνων ὁ σοφώτατος Πυθαγόρας ἦν· σὺ δὲ ἔτι μοι δοκεῖς, πορρωτάτω φιλοσοφίας εἶναι

καὶ

de Platone, de Socrate contraria non solum dicebantur, sed etiam scribebantur, vbi tamen similia erant, etiam de ipso Deo. Sed boni verum sermonem recipiũt, vtpote cũ quo cognatum quid habent: Multi verò contrarium. Et huius generis hominum est, bonos deridere: de peiore hominum genere dico. Tantum solum de me meminisse iam mihi æquum est, quod de me etiã apud Deos dicitur, tanquam diuino viro. Graue autem de se plus minusue dicere. Opto vt valeas.

PHERVCIANO.

Litteris à te missis maximopere delectatus sum. Multam enim familiaritatem, & generis recordationem continebant: & credo te desiderare vt me videas, & à me videaris. Ipse ergo ad vos veniam, idque celerrimè. Quare domi maneas. Conuersaberis verò mecum, vbi propius ad te accessero, pręreliquis familiaribus & amicis. Nã & hoc tibi conuenit.

EVPHRATAE.

IN Dæmonũ genere Sapientissimus Pythagoras erat. Tu verò à vera Philosophiã,

καὶ ἀληθινῆς ἐπιστήμης, ἢ οὐκ ἂν οὔτε ἐκεῖνον κακῶς ἔλεγες, οὔτε τινὰς τῶν ζηλούντων αὐτὸν μισῶν διετέλεις. Ἄλλο δέ σοι νῦν πρακτέον ἂν εἴη· φιλοσοφίας γὰρ ἤμβροτες, οὐδ᾽ ἔτυχες μᾶλλον, ἢ Μενελάου Πάνδαρος ἐν τῇ τῶν ὅρκων συγχύσει.

Τῷ αὐτῷ.

Ἐπιτιμῶσί σοι τινὲς ὡς εἰληφότι χρήματα παρὰ τοῦ βασιλέως. ὅπερ οὐκ ἄτοπον, εἰ μὴ φαίνοιο φιλοσοφίας εἰληφέναι μισθὸν, καὶ τοσαυτάκις, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον, καὶ παρὰ τοῦ πεπιστευκότος εἶναί σε φιλόσοφον.

Τῷ αὐτῷ.

Ἐὰν τις ἀνδρὶ Πυθαγορείῳ συγγένηται, τίνα παρ᾽ αὐτοῦ λήψεται, καὶ ὁπόσα; φαίην ἂν ἔγωγε· Νομοθετικὴν, Γεωμετρίαν, Ἀστρονομίαν, Ἀριθμητικὴν, Ἁρμονικὴν, Μουσικὴν, Ἰατρικὴν, πᾶσαν θείαν μαντικήν. Τὰ δὲ καλλίω μεγαλοφροσύνην, μεγαλοψυχίαν, μεγαλοπρέπειαν, εὐστάθειαν, εὐφημίαν, γνῶσιν θεῶν, οὐ δόξαν, εἴδησιν δαιμόνων, οὐχὶ πίστιν, φιλίαν ἑκατέρων, αὐτάρκειαν, ἐκτένειαν, λιτότητα, βραχύ-

& ſcientia mihi alieniſſimus videris, aut ſanè neque ipſi maledixiſſes, neque quoſdam imitatorum eius odio proſequi pergeres. Aliud ergo iam tibi faciendum erit. Nam à Philoſophia aberraſti, nec eius magis particeps factus es, quàm Pandarus Menelai, cum iuramenta confunderet.

EIDEM

REprehendunt te quidam, quod pecuniam à rege acceperis: quod abſurdum non eſt, niſi videaris Philoſophiæ mercedẽ accepiſſe, & toties, & tantam, & ab illo qui te Philoſophum eſſe credidit.

EIDEM

SI quis ad virum Pythagoreum accedat, quænam ab ipſo, & quanta accipiet? Dicam ego. Artem condendi leges, Geometriam, Aſtronomiam, Arithmeticam, Harmonicam, Muſicam, Medicinam, vniuerſam diuinam diuinationem. Et quæ pulcriora adhuc: animi magnitudinem, magnanimitatem, magnificentiam, cõſtantiã, bonam famam, cognitionem Deorum, nõ opinionem, ſcientiam Dæmonum non fidem, amicitiam vtrorumq;, ſuis cõtentum eſſe, aſſiduitatem, frugalitatem, facilitatem

βραχύτητα, τῶν ἀναγκαίων, καὶ εὐαισθησίαν, εὐνικισίαν, καὶ εὐπνοίαν, καὶ εὐχροίαν, ὑγείαν, καὶ εὐψυχίαν, ἀθανασίαν. Παρὰ σοῦ δὲ τί λαβόντες ἔχουσιν οἱ ἰδόντες; ἢ δηλονότι τὴν ἀρετὴν, ἣν ἔχεις.

Κλαύδιος Τυανέων τῇ βουλῇ.

Ἀπολλώνιον τὸν ὑμέτερον πολίτην Πυθαγόρειον φιλόσοφον καλῶς ἐπιδημήσαντα τῇ ἑλλάδι, καὶ τοὺς νέους ἡμῶν ὠφελήσαντα, τιμήσαντες ἀξίαις τιμαῖς, αἷς πρέπει τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, καὶ ἀληθῶς προϊσταμένους φιλοσοφίας, τὴν εὔνοιαν ἠθελήσαμεν ὑμῖν δὶ ἐπιστολῆς φανερὰν γενέσθαι.

Ἀπολλώνιος δικαιωταῖς Ῥωμαίων.

Λιμένων, καὶ οἰκοδομημάτων, καὶ περιβόλων, καὶ περιπάτων ἐνίοις ὑμῶν πρόνοια· παίδων δὲ τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ νέων, ἢ γυναικῶν, οὐθ' ὑμῖν, οὔτε τοῖς νόμοις φροντίς. Ἦ καλὸν ἂν ἦν τὸ ἄρχεσθαι;

Τῷ ἀδελφῷ Ἀπολλωνίῳ.

Φύσιν ἔχει τῶν τελειωθέντων ἕκαστον ἀπεῖναι, καὶ τοῦτο παντὶ γῆράς ἐστι, μεθ' ὃ μηκέτι μένει.

rerũ neceſſariarum, vim exactè ſentiendi, ſuperandi facilitatem, benè ſpirare, bonũ colorem corporis, ſanitatem, bonum animum, immortalitatem. A te verò quid cõſequuntur qui te vident? Nempe virtutem illam, quam habes.

CLAVDIVS TYANENSIVM Senatui.

APollonium ciuem veſtrum Pythagoreum Philoſophum qui pulcrè è Græciâ peregrinatus eſt, & iuuenibus noſtris plurimùm profuit, condignis honoribus adficiẽtes, quibus viros bonos, & qui reuera Philoſophię præſunt ęquum eſt, beniuolentiam noſtram per litteras vobis notam facere volui.

APOLLONIVS ROMANORVM Iudicibus.

POrtuum, & ędificiorum, & circuituũ, & deambulationum plerisq; veſtrũ cura eſt. Puerorũ verò in vrbibus, & iuuenũ, & mulierũ neq; vobis, neq; legibus cura eſt. An eiuſmodi imperiũ bonum erat?

FRATRI APOLLONIO.

NAturale eſt, vt vbi quodq; ad perfectionem peruenit, tranſeat: Idq; omniũ ſenectus eſt, poſt quod amplius non manet.

Μὴ δή σε λυπείτω τῆς γυναικὸς ἡ ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας ἀποβολή· μηδὲ ἐπεὶ θάνατός τι λέγεται κρεῖττον αὐτῷ τὸ ζῆν ὑπολάμβανε, χεῖρον ὂν τῷ παντὶ, τοῖς νῦν ἔχουσι. Γενοῦ δὴ ἀδελφὸς, τὸ μὲν κοινότατον φιλοσόφου, τὸ δ' ἐξαίρετον Πυθαγορείου, καὶ Ἀπολλωνίου. Καί σου τὴν οἰκίαν τὴν αὐτὴν ποίησον. Εἰ μὲν γὰρ ἐνεκαλοῦμέν τι τῇ προτέρᾳ, κἂν εἰκότως ἐδοκοῦμεν ἀποδειλιᾶν. Εἰ δ' ἡμῖν σεμνή τε διετέλεσεν οὖσα, καὶ φίλανδρος, καὶ διὰ τοῦτο ἐπιζητήσεως ἀξία, τί καὶ διανοηθέντες, οὐκ ἂν ὅμοια καὶ περὶ τῆς μελλούσης προσδοκοίημεν; Ἣν εἰκὸς ἂν ἐθελῆσαι καὶ ἀμείνονα γενέσθαι, μηδαμοῦ τῆς προτέρας ἀμελείᾳ κακωθείσης. Δυσωπείτω δέ σε καὶ τῶν ἀδελφῶν οὕτω μέχρι νῦν ἔχοντα, τῷ πρεσβυτάτῳ μὲν γὰρ οὐδὲ γάμος οὐδέπω· Τῷ νεωτάτῳ δὲ ἐλπὶς μὲν ἐν παιδοποιίας. Ἐν προκοπῇ δέ γε τοῦ χρόνου, καὶ ἡμεῖς μὲν ἐνὶ γεγόναμεν· Τρισὶ δ' ἡμῖν οὐδὲ εἷς. Ἴσος δὲ καὶ ὁ κίνδυνος τῇ πατρίδι, καὶ τῷ βίῳ τῷ μεθ' ἡμᾶς. Εἰ γὰρ ἡμεῖς ἀμείνους τοῦ πατρὸς, ἄλλως δὲ καθ' ὃ πατὴρ χείρους, πῶς οὐκ ἂν βελτίους ἐξ ἡμῶν εἰκὸς ἂν ὑπάρξαι; Γενέσθωσαν οὖν

τινὲς

Ne autem te offendat vxoris quę in vigore iuuentutis fuit iactura, nec postquam mors aliquid dicitur, tu eius vitam potiorem fuisse iudica, quæ reuera peior censetur ab omnibus quibus mens est. Tu verò frater fias, generaliter loquendo Philosophi, potissimum verò Pythagorei, & Apollonii. Et tuam ipsius domum Philosophi facias. Si enim in priori aliquid reprehendamus, quamuis verisimiliter formidare videbimur. Sin verò illa nobis prudens, & viri amans vitam transegit, ac proinde inquisitione digna, quid ni etiam consimilia de futura cōsiderantes nobis persuadeamus? Quam verisimile est etiam meliorem fieri velle, sanè quæ prioris negligentia nequaquam infecta est. Flectat te etiam fratrum tuorum vt hucusq; est cōditio. Maior enim natu vxorem nunquam duxit. De iuniore adhuc procreandæ sobolis spes est. Sanè ꝓgressu temporis nos quoque tres vni nati sumus: nobis verò tribus ne vnus quidem. Aequale sanè periculum & patriæ, & vitæ post nos, imminet. Si enim nos patre nostro meliores sumus, quatenus pater, inferiores, quomodo non verisimile est ex nobis meliores prodituros? Nascantur ergo

τινὲς οἷς παραχρησόμεθα γοῦν ὀνόματα, ὡς ἡμῶν οἱ πρόγονοι συνύφηναν. Ὑπὸ δακρύων οὐχ οἷός τε ἐγενόμην πλείονα γράψαι, καὶ οὐδὲ εἶχον ἀναγκαιότερα τούτων.

Σαρδιανοῖς.

Κροῖσος ἀπέβαλε τὴν Λυδῶν ἀρχὴν Ἅλυν διαβάς. ἐλήφθη ζῶν, ἐδέθη πέδαις, ἐπὶ πῦρ ἀνεβιβάσθη, τὸ πῦρ εἶδεν ἡμμένον, αἰρόμενον εἰς ὕψος, ἔζησεν. Ἐδόκει γὰρ τῷ θεῷ τετιμημένος. Τί οὖν ὕστερον οὗτος ὁ πρόγονος ὑμῶν ἅμα καὶ βασιλεύς; ὁ ταῦτα παθὼν παρὰ τὴν ἀξίαν, τραπέζης ἐκοινώνησε τῷ πολεμίῳ· σύμβουλος ἦν εὔνους, πιστὸς φίλος· ὑμῖν δὲ ἄσπονδα, καὶ ἀκήρυκτα, καὶ ἀμείλικτα, ἔτι τε ἀνίερα, καὶ ἄθεα, τὰ πρὸς γονεῖς, πρὸς τέκνα, τὰ πρὸς φίλους, συγγενεῖς, φυλέτας· ἐχθροὶ γεγόνατε, μήτε τὸν Ἅλυν διαβάντες, μήτε δεξάμενοί τινα ἄνθρωπον ἔξωθεν. καὶ ἡ γῆ φέρει καρπὸν ὑμῖν, ἄδικος ἡ γῆ.

Συγγραφεῦσι λογίοις.

Φῶς παρουσία πυρός, ἢ οὐκ ἂν ἄλλως γένοιτο. Πῦρ μὲν οὖν αὐτὸ τὸ πάθος,

καὶ

quidnam, quibus nostra quoque nomina præponamus, vt & patres nostri ordinem illum contexuerunt. Propter lacrumas autem plura scribere non potui, magis autem necessaria his non habui.

SARDIANIS.

CRœsus Lydorum principatum perdidit Halyn transiens. Captus est viuus, ligatus compedibus, in rogum impositus, ignem vidit emissum, & in altum sublatũ. Vixit tamẽ. Nam à Deo honore adfici visus est. Quid autem posterius egit hic vester progenitor simul & rex? Qui nullo suo merito eiusmodi passus erat, ad mẽsam hostis sui adhibitus est, consiliarius ei fuit beniuolus, & amicus fidus. Vobis contra omnia infida, insidiosa, implacabilia, quin etiam profana, & impia, contra parentes, contra liberos, contra amicos, cognatos, tribules. Hostes facti estis, neque Halyn transeuntes, nec exterius hominem aliquem capientes. Et terra vobis fructum fert, iniusta terra.

HISTORICIS
Doctis.

LVmen ignis præsentia; nisi alio modo adsit. Ignis ergo ille ipse adfectus, &

καὶ ᾧ γίνεται. Καίεται γοῦν. Φῶς δὲ ταῖς ὄψεσι μόνον αὐγὴν ἑαυτοῦ παρέχεται μὴ βιαζόμενον αὐτὰς, ἀλλὰ πεῖθον. Τοίνυν καὶ λόγος, ὁ μὲν ὥσπερ πῦρ, καὶ πάθος· ὁ δὲ ὥσπερ αὐγὴ καὶ φῶς ἐστιν, ὃ κρεῖττον ὂν, εἰ μὴ μεῖζον εὐχῆς τὸ ῥηθησόμενον εἴη μοι.

Οὐαλερίῳ.

ΘΑνατος οὐδεὶς οὐδενὸς, ἢ μόνον ἐμφάσει, καθάπερ οὐδὲ γένεσις οὐδενὸς, ἢ μόνον ἐμφάσει. Τὸ μὲν γὰρ ἐξ οὐσίας τραπὲν εἰς φύσιν, ἔδοξε γένεσις· Τὸ δὲ ἐκ φύσεως εἰς οὐσίαν κατὰ ταῦτα θάνατος· οὔτε γιγνομένου καθ' ἀλήθειαν τινὸς, οὔτε φθειρομένου ποτέ. Μόνον δὲ ἐμφανοῦς ὄντος ἀοράτου τε ὕστερον, τοῦ μὲν διὰ παχύτητα τῆς ὕλης, τοῦ δὲ διὰ λεπτότητα τῆς οὐσίας, οὔσης μὲν αἰεὶ τῆς αὐτῆς, κινήσει δὲ διαφερούσης καὶ στάσει. Τοῦτο γάρ που τὸ ἴδιον ἀνάγκη, τῆς μεταβολῆς οὐκ ἔξωθεν γινομένης ποθέν· Ἀλλὰ τοῦ μὲν ὅλου μεταβάλλοντος εἰς τὰ μέρη· Τῶν μερῶν δὲ εἰς τὸ ὅλον τρεπομένων, ἑνότητι τοῦ παντός. Εἰ δὲ ἐρήσεταί τις τί τοῦτό ἐστι τὸ ποτὲ μὲν ὁρατὸν, ποτὲ δὲ ἀόρατον,

ἢ τοῖς

& ex quo nascitur. Ardet autem. Lumē verò oculis tantum sui splendorem exhibet, ipsos non lædens, sed inseruiens. Sic etiam sermo, alter tanquā ignis, & adfectus: alter vt splendor, & lumen. Quod melius est, nisi id quod dixi, voto maius mihi adforet.

VALERIO.

NVllus vllius est interitus, nisi apparitione tantum, vt nec vllius ortus, nisi apparitione. Quidquid enim ex substantiâ ad naturam vertitur, ortus videtur: cōtra quod ex natura ad substantiam, mors. Cum interea verè nihil quidquam generetur, aut corrumpatur. Solummodo quod conspicuum sit, & inuisibili posterius, illud propter materiæ crassitiem, hoc verò propter substantiæ tenuitatem, quæ semper eadem est, solummodo motu & ordine differt. Illud enim vt proprium sit necesse est, cuius mutatio nusquam alicunde ad exteriora progreditur, sed totum tantum in partes transmutatur: partes autem in totum reuertuntur concordiâ vniuersi. Quod si aliquis dicat: Quidnam illud est, quod interdum visibile, interdum inuisibile est? An iisdem

ἢ τοῖς αὐτοῖς γινόμενον, ἢ ἄλλοις; Φαίη δὲ ἂν ὡς ἔθος ἑκάστῳ ἐστὶ τῶν ἐνθάδε γενῶν, ὁ πληρωθὲν μὲν ἐφάνη διὰ τὴν τῆς παχύτητος ἀντιτυπίαν· Ἀόρατον δέ ἐστιν, εἰ κενωθὲν διὰ λεπτότητα τῆς ὕλης βίᾳ περιχυθείσης, ἐκρυείσης τε τοῦ περιέχοντος αὐτὴν αἰωνίου μέτρου. Γεννητοῦ δὲ οὐδαμῶς, οὐδὲ φθαρτοῦ. Τί δὲ καὶ τὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τούτου ἀνέλεγκτον; οἴονται γάρ τινες, ὃ πεπόνθασιν αὐτοὶ, τοῦτο πεποιηκέναι· μὴ εἰδότες, ὡς ὁ γεννηθεὶς διὰ γονέων γεγέννηται, οὐχ ὑπὸ γονέων, καθάπερ τὸ διὰ γῆς φυὲν, οὐκ ἐκ γῆς φύεται. Πάθος τε οὐδὲν τῶν φαινομένων περὶ ἕκαστον, ἀλλὰ μᾶλλον περὶ ἑνὸς ἑκάστου. Τοῦτο δὲ τί ἂν ἄλλο τις εἰπὼν, ἢ τὴν πρώτην οὐσίαν, ὀρθῶς ἂν ὀνομάσειεν; ἣ δὴ μόνη ποιεῖται, καὶ πάσχει πᾶσι γινομένη πάντων θεὸς ἀΐδιος, ὀνόμασι δὲ καὶ προσώποις ἀφαιρουμένη τὸ ἴδιον, ἀδικουμένη τε. καὶ τοῦτο μὲν ἔλαττον. τότε δὲ κλαίεταί τις, ὅταν θεὸς ἐξ ἀνθρώπου γένηται τόπου μεταβάσει, καὶ οὐχὶ φύσεως. Ὡς δὲ ἔχει τὸ ἀληθὲς οὐ πενθητέον σοι θάνατον, ἀλλὰ τιμητέον, καὶ σεβαστέον. Τιμὴ δὲ ἡ ἀρίστη τε, καὶ πρέπουσα, εἰ ἀφεὶς θεῷ τὸν ἐκεῖ γενόμενον, ἀνθρώ-

iisdem ſemper accidit, an aliis dicat, aliquis, vt hic vnicuique generi vſitatum eſt, quod plenum vbi eſt, apparet propter craſſitiei renitentiam. Inuiſibile autem eſt ſi vacuum propter materiæ vi circumfuſæ, & defluentis, tenuitatem fuerit, quem æterna menſura circundat nunquam nata, nunquam interitura? Nunquid hic error nunquam redargueтur? Arbitrâtur enim quidam quidquid paſſi ſunt, illud ſe produxiſſe: ignari quod quidquid naſcitur per parentes (tanquam mediũ) non à parentibus naſcitur: velut quidquid è terrâ creſcit, non à terra producitur. Illorumque quæ videntur nullus adfectus ex vnoquoque, ſed potius de vnoquoque. Illud verò quidnam aliquis aliud adpellarit quam eſſentiam primam illam recte nominauerit, quæ ſanè ſola agit, & patitur, & omnibus fit omnia: per omnia Dea ęterna : nomine, & facie propriâ priuata, & iniuriâ adfecta. Et hoc quidem minus adhuc. Tum verò plorat aliquis, quando DEVS ex homine fit loci tranſitu, non autem naturæ. Vt autem reuera eſt, mors tibi non dolenda, ſed colenda, & reuerenda eſt. Cultus verò optimus & te decens, ſi illo qui eo migrauit

relicto

ἀνθρώπων τῶν πεπιστευμένων τὰ νῦν ἄρχοις, ἢ πρότερον ἦρχες. Αἰσχρὸν ἐν χρόνῳ μὴ λογισμῷ γίνοιο βελτίων. Εἰ χρόνος καὶ τοὺς κακοὺς λύπης ἔπαυσε. Μέγιστον ἀρχὴ ἱκανή, καὶ περὶ μεγίστων ἀρχῶν ἄριστος, ὃς ἐὰν αὐτοῦ πρότερον ἄρχῃ· Πῶς δὲ καὶ ὅσιον ἀπεύχεσθαι τὸ βουλήσει θεοῦ γινόμενον, εἰ τάξις ἐστὶ τῶν ὄντων· ἔστι δέ, καὶ θεὸς ἐπιστατεῖ ταύτης. ὁ δίκαιος οὐ βουλήσεται τὰ ἀγαθά; πλεονεκτικὸν γὰρ καὶ παρὰ τάξιν τὸ τοιοῦτον. Ἡγήσεται δὲ τὰ γινόμενα συμφέρειν. Πρόελθε, καὶ θεράπευσαι· δίκασον, καὶ παρηγόρησον τοὺς ἀθλίους. Τῶν δὲ δακρύων οὕτως ἀποτρέψεις οὐ, τὰ ἴδια τῶν κοινῶν· ἀλλὰ τὰ κοινὰ τῶν ἰδίων προτιμητέον. Οἷον δέ σοι καὶ τὸ τῆς παραμυθίας εἶδος; σὺ ὅλῳ τὸν υἱὸν ἔθνει πεπένθηκας. Ἄμειψαι τοὺς μετὰ σοῦ λελυπημένους. Ἀμείψῃ δέ, ἐὰν λυπούμενος παύσῃ τάχιον· ἐὰν μὴ προέλθῃς. Φίλους οὐκ ἔχεις, υἱὸν δὲ ἔχεις καὶ νῦν τὸν τεθνηκότα, φήσει τις τῶν νοῦν ἐχόντων. Τὸ γὰρ ὂν οὐκ ἀπόλλυται, διὰ τοῦτο ὂν ὅτι ἔσται δι' ἅπαντος, εἰ καὶ τὸ μὴ ὂν γίνεται.

Πῶς

relicto, hominibus vt iam creduntur, imperes, vt ante imperasti. Turpe enim si temporis diuturnitate, non ratione melior euadas, cum tempus etiam malis hominibus dolorem leniat. Maximum sanè quid legitimũ imperiũ, & de maximis: Et imperator optimus qui sibi prius imperauerit. Quî autem sanctè illud deprecabimur, ꝗ consilio DEI factum est? Quod si ordo quidam in rebus est (est autem, & DEVS ipsi præsidet, nonne qui iustus est optima volet? Tyrannicum enim illud, & præter ordinē: quæcunque autem fiunt, vtilia existimabit. Prodi, teque curari permitte, diiudica doloris caussas, easque mitiga, & sic lacrumis valedices. Non priuata publicis, sed publica priuatis præponenda sunt. Quale autem consolationis genus habes? Cum vniuerso populo filium tuum luxisti. Relinque illos qui tecum lugent; Relinques autem si ipse lugere desieris, si non prodieris. Amicos non habes, filium autem habes etiā iam mortuum, dixerit sapientum aliquis. Nam ꝗ est, non perit, & ideo est, quod erit perpetuo, quamuis etiam non ens euadat.

Πῶς δ' ἂν γένοιτο μὴ ἀπολλυμένου τοῦ ὄντος; εἴποι ἂν ἕτερός τις. ὡς ἀσεβεῖς τε καὶ ἀδικεῖς. Ἀσεβεῖς μὲν τὸν θεὸν, ἀδικεῖς δὲ τὸν υἱόν· μᾶλλον δὲ κἀκεῖνον ἀσεβεῖς. Βούλει δὲ μαθεῖν οἷόν ἐστι θάνατος; ἄνελέ με πέμψας μετὰ ταύτην τὴν φωνήν. Ἣν ἐὰν μὴ μεταμφιέσῃ, πρᾶγμα κρείττονά με σαυτοῦ πεποίηκας. Ἔχεις χρόνον, ἔχεις γυναῖκα, ἔμφρονα, φίλανδρον, ὁλόκληρος εἶ, παρὰ σαυτοῦ λαβὲ τὸ λεῖπον. Ῥωμαῖός τις τῶν πάλαι γεγονότων, ἵνα σώσῃ τὸν τῆς ἀρχῆς νόμον τε καὶ κόσμον, υἱὸν ἴδιον ἀπέκτεινε, καὶ στεφανώσας ἀπέκτεινε. Πόλεων ἄρχεις πεντακοσίων Ῥωμαίων ἄριστα γενέσατος. Ταῦτα σαυτὸν διαλύθης, ἐξ ὧν οὐδ' οἰκίας ἂς ἀσταθῶς ἄρξει· Μήτοιγε πόλεών τε καὶ ἐθνῶν. Ἀπολλώνιος εἰ παρῆν, Φαβούλλαν ἂν μὴ πεισθῆναι ἔπεισε.

ΒΑΣΙΛΕΥ'Σ ΒΑΒΥΛΩΝΙ'ΩΝ

Γάρμος Νεογυώδῃ Ἰνδῶν
Βασιλεῖ.

Εἰ μὴ περίεργος ἦς, οὐκ ἂν ἦς ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις πράγμασι δίκαιος. οὐδὲ ἂν ἄρχων ἐν Ἰνδοῖς ἐδίκαζες Βαβυ-

Quomodo autem quid naſcatur niſi id quod eſt intereat dixerit alius quiſpiam? Quàm impius & iniquus es! Impius in Deum, iniquus in filium: Attamen impius magis in DEVM. Viſné autem diſcere quale mors ſit. Mittens me è medio tolle poſt hanc vocem: quam niſi immutaueris, extemplo me teipſo meliorem reddidiſti. Habes tempus, habes vxorem prudentem, viri amantem. Integer es, reliqua de te ſume. Romanorum quiſpiam priſcis temporibus vt imperii legem cuſtodiret, & decorem, proprium filium interemit, & coronatus interemit. Quingentis vrbibus imperas Romanorum generoſiſſimus. Eiuſmodi autem teipſum reddis, qui ne familiæ quidem conſtanter præeſſe poſſet nedum vrbibus, & gentibus. Apollonius ſanè ſi adeſſet, Phabullę ne lugeret perſuaſiſſet.

REX BABYLONIORVM Garmus Neogyndæ Indorum Regi.

NIſi curioſus eſſes in alienis negotiis iuſtitiam nō exerceres, nec Rex Indorū

Βαβυλωνίοις. Πόθεν γάρ σοι γνώριμος ἦν ὁ ἡμέτερος δῆμος; Νῦν δὲ ἐπείρασας ἀρχὴν τὴν ἐμὴν ὑποκοριζόμενος ἐπιστολαῖς, καὶ τοιαύτας ἀρχὰς καθιεὶς, καὶ πρόσχημα ποιούμενος τῆς πλεονεξίας τὴν φιλανθρωπίαν. Περανεῖς δὲ οὐδὲν· οὐ γὰρ λαθεῖν δύναιο.

Εὐφράτῃ.

Ἦν Πραξιτέλης Χαλκιδεὺς μαινόμενος ἄνθρωπος. Οὗτος ὤφθη παρὰ ταῖς θύραις ταῖς ἐμαῖς, ξίφος ἔχων ἐν Κορίνθῳ μετὰ σοῦ γνωρίμου. Τίς οὖν ἡ τῆς ἐπιβουλῆς αἰτία; Οὐ γὰρ πώποτε σοὺς βοῦς ἤλασα·

Ἐπειδὴ μάλα πολλὰ μεταξὺ,
οὔρεά τε σκιόεντα θάλασσά τε ἠχήεσσα,
τῆς τε ἐμῆς φιλοσοφίας, καὶ σῆς.

Λεσβώνακτι.

Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης ἦν σοφός. Εἰ δὲ Σκύθης, ὅτι καὶ Σκύθης.

Λακεδαιμόνιοι Ἀπολλωνίῳ.

Τὰν δεδομένην τιμαὶ σοι ἀπεστάλκαμεν τόδε ἀντίγραφον, σημηνόμενοι τῇ δημοσίᾳ σφραγίδι, ἵνα ἴδῃς.

Ἀπολλώ-

Babyloniis caussas disceptares. Quî enim notus tibi foret popularis noster. Iam verò imperium meum tentâsti mihi litteris adblanditus, & tantis imperiis relictis auaritiæ humanitatem prætendis. Nihil autem efficies, quia latere non potes.

EVPHRATAE.

PRaxiteles Chalcidensis furiosus homo erat. Ille apparuit ante fores meas gladium habens in Corintho, idque te conscio. Quænam igitur harum insidiarum caussa? Nunquã enim boues tuos exagitaui, postquam

Intersunt plurima valdè
Vmbriferi mõtes, resonantis & æquoris vnda,

inter meam Philosophiam, & tuam.

LESBONACTI.

ANacharsis Scytha sapiens erat. Si verò Scytha, constat quod & Scythę sapientes.

LACEDAEMONII APOLLONIO.

TRibutos tibi honores transmisimus hoc Antigraphum: idque publico sigillo obsignantes, vt videas.

Ἀπολλώνιος ἐφόροις, καὶ Λακεδαιμονίοις.

Ἄνδρας ὑμῶν ἐθεασάμην ὑπήνην μὴ ἔχοντας, τοὺς μηροὺς, καὶ τὰ σκέλη λείους τε, καὶ λευκοὺς, μαλακὰς χλαμύδας ἠμφιεσμένους λεπτὰς, δακτυλίους πολλοὺς, καὶ καλοὺς περικειμένους, ὑποδεδεμένους ὑπόδημα τὸ Ἰωνικόν· Οὐκ ἐπίγνων οὖν τοὺς λεγομένους πρέσβεις· ἡ δὲ ἐπιστολὴ Λακεδαιμονίους ἔφασκεν.

Τοῖς αὐτοῖς.

Καλεῖτε με πολλάκις βοηθὸν ὑμῖν τῶν νόμων, καὶ τῶν νέων ἐσόμενον. Ἡ Σόλωνος δὲ πόλις οὐ καλεῖ με. Λυκοῦργον αἰδεῖσθε.

Ἐφεσίων τοῖς ἐν Ἀρτέμιδι.

Ἔθος ὑμῖν ἅπαν ἀγιστείας, ἔθος δὲ βασιλικῆς τιμῆς. ἀλλ' ὑμεῖς ἐστιάτορες μὲν καὶ δαιτυμόνες οὐ μεμπτοί· μεμπτοὶ δὲ συνοικοῦντες τῇ θεῷ, νύκτας τε, καὶ ἡμέρας. ἢ οὐκ ἂν ὁ κλέπτης τε, καὶ λῃστὴς, καὶ ἀνδραποδιστὴς, καὶ πᾶς εἴ τις ἄδικος, ἢ ἱερόσυλος ἦν ὁρμώμενος αὐτόθεν; Τὸ γὰρ τῶν ἀποστερούντων τύχης ἐστίν.

Τοῖς

APOLLONIVS PRAESIDIBVS, & Lacedæmoniis.

COnſpexi viros veſtros barbã non habẽtes, fæmora & crura læuia, & candida, mollibus tenuibusque tunicis circumamictos, anulos multos & pretioſos illorum digitis circumdatos, Ionicis calceis calceatos. Non cognoui ergo Lacedæmoniis legatos. At Epiſtola Lacedæmonios illos dicebat.

EISDEM

VOcatis me ſępius in auxilium legum, & iuuenum vobis futurum. At Solonis ciuitas me non vocat. Lycurgum nempe reueremini.

EPHESIIS QVI IN Artemide.

VOs ſemper in Sacrificiis verſamini, in regali honore. At vos quod conuiuatores, & cõpotores ſitis non reprehendendi: Reprehendendi autem, quod in ædibus cum Deâ verſemini die & nocte. An non quiſquis fur, aut latro, aut plagiarius, atque adeo quiſquis impius, & ſacrilegus eo ſe cõferret? Nam illorũ, quibus ſua ablata ſunt, fortunæ eſt.

Τοῖς αὐτοῖς.

Ἦλθεν ἐκ τῆς ἑλλάδος ἀνὴρ ἕλλην τὴν φύσιν, οὐκ Ἀθηναῖος, οὐδὲ Μεγαρεύς. Γελοῖον ὄνομα· παροικήσων ὑμῶν τῇ θεῷ. Δότε μοι τόπον, ἔνθα μὴ καθαρσίων δεήσει μοι, καίπερ ἔνδον ἀεὶ μένοντι.

Τοῖς αὐτοῖς.

Ἀνεῖται θύουσι τὸ ἱερὸν, εὐχομένοις, ὑμνοῦσιν, ἱκέταις, ἕλλησι, βαρβάροις, ἐλευθέροις, δούλοις. Ὑπερφυῶς θεῖον ὄνομα. Ἐπιγινώσκω τὰ σύμβολα τὰ Διός τε καὶ Λητοῦς, ἐὰν μόνα ταῦτα.

Μιλησίοις.

Σεισμὸς ὑμῶν τὴν γῆν ἔσεισε· καὶ γὰρ ἄλλων πολλῶν πολλάκις. Ἀλλ' ἔπασχον μὲν ἃ ἠτύχουν ἐξ ἀνάγκης· ἐλεοῦντες δὲ, οὐ μισοῦντες ἀλλήλους ἐφαίνοντο. Μόνοι δ' ὑμεῖς, καὶ θεοῖς ὅπλα, καὶ πῦρ ἐπηνέγκατε, καὶ θεοῖς πιστοῖς, ὧν καὶ οἱ ἑτέρωθεν δέονται, καὶ μετὰ κινδύνους, καὶ περὶ κινδύνων. ἀλλὰ καὶ φιλόσοφον ἄνδρα. * * *

ἡμεῖς Ἑλλήνων δύο, δημοσίᾳ τὸ πάθημα φήναντα πολλάκις καὶ προαγορεύσαντα γινομένους σεισμοὺς αὐτὸν, ὅτε ἔσεισεν ὁ θεὸς, ποιεῖν ἐλέγετε καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Ὢ τῆς δημοσίας ἀμαθίας. καὶ πατὴρ ὑμῶν λέγεται Θαλῆς.

Τραλλι-

IISDEM

Venit è Grçcia vir quidam natura Græcus,non Atheniensis, neque Megarēsis, ridiculo nomine, vestræ Deæ Mineruę cohabitaturus. Date mihi locum, vbi expiatione mihi non opus sit, quamuis semper intus manenti.

IISDEM

SAcrificantibus templum dicatū est, orātibus, canentibus, supplicibus, Græcis, Barbaris, liberis, seruis. Admodū diuina lex. Agnosco indicia Iouis, & Latonæ, si modo sola hæc.

MILESIIS.

TErræ motus terram vestram concussit: vt & aliorum multorum sæpius. Verū quidquid aduersi acciderat ex necessitate patiebantur, alii alios miseratione, non odio prosequentes. Vos soli Diis arma & ignes infertis, & eiusmodi Diis, quibus etiā exteri indigent post & ante pericula. Sed & Philosophum virū * nos Græcorū duos, qui eiusmodi adfectionem publicè sæpe ostendit, ipsumq; adeo qui eiusmodi terræ motus prædixit, cum terrā Deus cōcuteret, facere dicebatis singulis diebus. O publicā ruditatē! Et tamē pater vester Thales dicitur.

Τραλλιανοῖς.

Πολλοὶ πολλαχόθεν, ἄλλοι κατ' ἄλλας αἰτίας νεώτεροί τε, καὶ πρεσβύτεροι φοιτῶσι παρ' ἐμέ. Τὰς φύσεις οὖν ἑνὸς ἑκάστου σκέπτομαι, καὶ τοὺς τρόπους, ὡς ἔνι μάλιστα συνετώτατα. τό τε πρὸς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἑκάστου δίκαιον ἦθος, ἢ τοὐναντίον. εἰς τήνδε τὴν ὑμετέραν οὐκ ἂν ἔχοιμι προκρῖναι Τραλλιανῶν ὑμῶν, οὐ Λυδοὺς, οὐκ Ἀχαιοὺς, οὐκ Ἴωνας· ἀλλ' οὐδὲ τοὺς τῆς ἀρχαίας Ἑλλάδος θουρίους, Κρότωνας, Ταραντίνους, ἢ τινὰς ἄλλους τῶν ἐκεῖ λεγομένων εὐδαιμόνων Ἰταλιωτῶν, ἢ ἑτέρων τινῶν. Τίς οὖν ἡ αἰτία, δι' ἣν ἀποδέχομαι μὲν ὑμᾶς· οὐ γίνομαι δὲ τοιούτοις ἀνδράσι σύνοικος, καίπερ ἂν γένος ὑμέτερον; ἄλλοτέ ποτ' ἂν εἴποιμι. Νῦν δὲ μόνον ὑμᾶς ἐπαινεῖν καιρὸς, ἄνδρας τε τοὺς ἡγουμένους ὑμῶν, ὡς πολὺ κρείττους τῶν παρ' ἑτέροις ἀρετῇ καὶ λόγῳ, καὶ μᾶλλον παρ' οἷς γεγένηνται.

Σαΐταις.

Ἀθηναίων ἀπόγονοί ἐστε, καθάπερ ἐν Τιμαίῳ Πλάτων φησίν. Οἳ δὲ τὴν κοινὴν ὑμῖν θεὸν ἐξορίζουσι τῆς Ἀττικῆς. Νηΐτιν μὲν τὴν ἐφ' ὑμῶν· Ἀθηνᾶν δὲ τὴν ὑπ' αὐτῶν ὀνομαζομένην, οὐ μένοντες ἕλληνες.

TRALLIANIS.

MVlti è multis locis alii aliis de causis iuuenes, & senes apud me conuersātur. Vniuscuiusque igitur naturam considero, & mores, quàm exactissimè id fieri potest, & vnicuiusque è ciuitate suâ iustos mores, aut contrarios. At vestræ ciuitati nihil habeo, quod præferam, Tralliani cū sitis: non Lydos, non Achiuos, non Ionas; sed neque ex antiquâ Græcâ Thurios, Crotonas, Tarentinos, aut alios qui ibi beati Itali dicuntur, aut quosdam alios. Quænam igitur caussa, quare vos non recipiam, neq; huiusmodi viris cohabitem, quum vestrum genus sim? Aliàs aliquando id dixero. Iam verò solummodo vos laudandi tempus est, quod vestri viri longè meliores apud alios censeantur virtute, & ratione, & potissimū apud quoscunque fueritis.

SAITIS.

Ab Atheniensibus oriundi estis, quemadmodum in Timæo Plato dicit. Illi verò cōmunē vestram Deā ex Atticâ exterminant, quæ à vobis Nais, ab illis Minerua appellabatur, non manentes Græci.

Qui

Ὅπως δ' οὐ μένοντες ἐγὼ φράσω. Γέρων σοφὸς οὐδεὶς Ἀθηναῖος. οὐ γὰρ ἔφυ γυνὴ πᾶσα παντὸς, ὅτι μηδεμία μηδενός. ὁ κόλαξ παρὰ ταῖς πύλαις, ὁ συκοφάντης πρὸ τῶν πυλῶν· ὁ μαστροπὸς καὶ πρὸ τῶν μακρῶν τειχῶν· ὁ παράσιτος πρὸ τῆς μουνυχίης καὶ πρὸ τοῦ Πειραιοῦ. Ἡ θεὸς δὲ οὐδὲ Σούνιον ἔχει

Ἴωσιν.

Ἕλληνες οἴεσθε δεῖν ὀνομάζεσθαι διὰ τὰ γένη, καὶ τὴν ἔμπροσθεν ἀποικίαν. Ἕλλησι δ' ὥσπερ ἔθη καὶ νόμοι, καὶ γλῶττα, καὶ βίος ἴδιος, οὕτω καὶ σχῆμα, καὶ εἶδος ἀνθρώπων. Ἀλλ' ὑμῶν γε οὐδὲ τὰ ὀνόματα μένει τοῖς πολλοῖς· ἀλλ' ὑπὸ τῆς νέας ταύτης εὐδαιμονίας ἀπολωλέκατε τὰ τῶν προγόνων σύμβολα. Καλῶς οὐδὲ τοῖς τάφοις ἐκεῖνοι δέχοιντ' ἄν, ἄγτε ἀγνῶτας αὐτοῖς γινομένους. Εἴγε πρότερον Ἡρώων ἦν ὀνόματα, καὶ ναυμάχων, καὶ νομοθετῶν· νυνὶ δὲ Λουκούλλων τε, καὶ Φαυρικίων, καὶ Λευκανίων τῶν μακαρίων. ἐμοὶ μὲν εἴη μᾶλλον ὄνομα Μίμνερμος.

Ἑστιαίῳ.

Ὁ πατὴρ ὑμῶν Ἀπολλώνιος ἦν τρὶς τοῦ Μηνοδότου. Σὺ δὲ ἅπαξ ἐθέλεις ὁ νέμα-

Qui verò Græci non maneant, ego dicam. Senex Sapiens Athenienſis nemo: non enim omnis vxor omnis viri, eo quod nulla nullius. Colax in foribus, Sycophanta ante fores, Leno etiam ante longos muros, Paraſitus in Munychiâ portu, & in Piræo. Dea verò ne Sunium quidem habitat.

IONIBVS.

GRæci appellari exiſtimate ob genus, & priſcas Colonias. Græcis verò quemadmodum conſuetudines, & leges, & lingua, & vita propria: ita etiam forma, & figura hominum. At veſtrum pleriſque ne quidam nomina Græca amplius remanẽt, ſed ob nouam hanc felicitatem etiam maiorum veſtrorum Symbola perdidiſtis. Rectè verò iidem ne ſepulcris quidem maiorum ſuorum reciperentur, vt qui illis ignoti euaſerint. Sanè cum prius heroum nomina fuerint, & victorum in nauibus, & legumlatorum: Iam Luciorum, & Fabriciorum, & Leucaniorum beatorum ſunt. Ego verò Mimnermus potius dicerer.

HESTIAEO.

PAter veſter Apollonius tertius erat à Menodoto. Tu verò ſimpliciter cupis

ὀνομάζεσθαι, Λυκεῖπος, ἢ λύπερκος. Τίνος σὺ τούτων ἀπόγονος; Αἰσχρὸν ἢ ὄνομα μὲν ἔχεις τινὸς, τὸ δὲ εἶδος αὐτοῦ μὴ ἔχοις.

Τῷ αὐτῷ.

Πατρίδος ἐσμὲν πορρωτέρω σὺν δαίμονι· ἤδη δὲ τὰ τῆς πόλεως πράγματα ἐν νῷ ἐβαλόμην. Οὐδεὶ μοῖρα πρὸς πλῆθος ἀνδρῶν, οἳ τὰν πρώταν λελόγχασι τιμάν. Ἄρξει δὲ τὸ λοιπὸν παιδάρια, καὶ μικρὸν ἐπάνω τούτων μείρακες. Ἐνταῦθά που δέος, μὴ σφαλῇ τὰ ὑπὸ νέων κυβερνώμενα. Σοὶ δ' οὐ δέος, ἐπεὶ βεβιώκαμεν.

Τοῖς Στωϊκοῖς.

Ὥρα καὶ λιμὸς ἦν Βάστῳ, καίπερ ὄντι τῷ πατρὶ συχνῶν χρημάτων. Πρῶτον μὲν οὖν ἔφυγε Μεγαβάδε σὺν ἑνὶ τῶν λεγομένων ἐραστῶν, ἅμα δὲ καὶ μαστραπῶν. Τροφῆς γὰρ ἀμφοτέροις ἔδει, καὶ ἐφοδίων. Ἔπειτα ἐκεῖθεν εἰς Συρίαν. Ὑπεδέχετο δὲ τὸν ὡραῖον Εὐφράτης, καὶ εἶχεν ὁμοίως ἐδεῖτο τοῦ τότε καλοῦ, ὥστε αἱρεῖσθαί τι τῶν ἀτόπων δι' εὔνοιαν.

Τοῖς ἐν

appellari Lucretius, aut Lupercus. Cuius horum tu filius es? Turpe ſanè ſi nomen cuiuſdam habeas, ſpeciem eius non habes.

EIDEM

LOngius à patria abſumus Deo ita volente. Iam verò ciuitatis negotia in animum conieci. Properat enim fatum ad finem illorum virorum, qui primos honores in ciuitate ſortiti erant. Impoſterum pueri imperabunt, & paullo poſt illos infantes. Hoc tempore metuendum eſt, ne illa quæ à iuuenibus adminiſtrantur minus rectè ſe habeant. Tibi verò nullus metus incutiatur: quia viximus.

STOICIS.

PVlcritudo, & fames aderant Baſſo, quãuis patri eius multæ forent diuitiæ. Primum igitur Megaram transfugit, vno dictorum amatorum ſimul & lenonum comite. Nutrimento enim vtriuſque opus erat, & viatico: Inde poſtea in Syriam. Recepit verò pulcrũm illum Euphrates, aut ſi quis alius ſimiliter illo tempore formoſo indigebat, vt ita turpiſſimorum quid per beniuolentiam ſibi contraheret.

ILLIS QVI IN SARDIBVS.

PVerHalyattæ non ſatis potens, neque validus erat, vt ſuam ciuitatem ſeruaret, quamuis rex eſſet, & Crœſus. Vos autem quaſi nam Leone confiſi fracto fœdere bellum maluiſtis, iuuenes pueri viri ſenes, quin etiam virgines, & mulieres? Furiarum aliquis hanc ciuitatem eſſe cenſeat, non Cereris amplius. Hæc enim Dea hominum amans eſt: Vobis autem quænam hæc iracundia?

IISDEM

VEriſimile eſt in vrbem antiquam, & magnam voluiſſe etiam antiquum Philoſophum accedere. Et ipſe ſanè ſponte acceſſiſſem, non exſpectaturus vt vocarer tanquam ab aliis multis, ſi veſtram ciuitatem moribus, & natura, & legibus & Deo vnam & concordem facere potuiſſem. Sanè quantum in me fuit, omnino feci. Seditio verò, vt dixit quidam, bello ipſo grauior.

DISCIPVLIS.

QVidquid dicitur vnũquodq; per Philoſophiam, non per Euphratẽ dicitur.

μὴ τὸ Πραξιτέλους ξίφος, ἢ τὸ Λυσίου φάρμακον πεφοβῆσθαι μέ τις δόξῃ. Καὶ τοῦτο γάρ ἐστιν ἀφεράτου.

Σιτοκαπήλοις.

Ἡ γῆ πάντων μήτηρ· δικαία γάρ. ὑμεῖς δὲ ἄδικοι ὄντες, πεποίησθε αὐτὴν ἑαυτῶν μόνων μητέρα. Καὶ εἰ μὴ παύσησθε οὐκ ἐάσω ὑμᾶς ἐν αὐτῇ ἑστάναι.

Βασιλεὺς Φραώτης
Ἰάρχᾳ διδασκάλῳ, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν σοφοῖς.

Ἀπολλώνιος ἀνὴρ σοφώτατος σοφωτέρους ὑμᾶς ἑαυτοῦ ἡγεῖται, καὶ μαθησόμενος ἥκει τὰ ὑμέτερα. Πέμπετε οὖν αὐτὸν εἰδότα, ὁπόσα ἴστε. Ὡς ἀπολεῖται οὐδὲν τῶν μαθημάτων ὑμῶν. Καὶ γὰρ λέγει ἄριστα ἀνθρώπων, καὶ μέμνηται. Ἰδέτω δὲ τὸν θρόνον, ἐφ᾽ οὗ καθίσαντί μοι τὴν βασιλείαν ἔδωκας Ἰάρχα πάτερ. Καὶ οἱ ἑπόμενοι δὲ αὐτῷ ἄξιοι ἐπαίνου, ὅτι τοιοῦδε ἀνδρὸς ἥττηνται.

Ἀπολλώνιος τοῖς αὐτοῖς.

Ἀφικομένῳ μοι πεζῇ πρὸς ὑμᾶς, ἐδώκατε τὴν θάλασσαν, ἀλλὰ καὶ σοφίας τῆς ἐν

ὑμῖν

Praxitelis gladium, aut Lyſij venenum me extimuiſſe cenſeat. Nam & hoc Euphratæ eſt.

FRVMENTI VENDITORIBVS.

TErra omnium mater. Iuſta enim. At iniuſti vos veſtram tantùm matrem feciſtis. Et niſi ceſſaueritis, in illâ vos conſiſtere non permittam.

REX PHRAOTES
Iarchæ Doctori, &, qui cum ipſo, Sapientibus.

APollonius vir ſapientiſſimus, vos ſemetipſo ſapientiores iudicat, & vehit vt à vobis Sapientiam veſtram diſcat. Remittite igitur ipſum omni doctrinâ, quâ vos, inſtructum, & ſic nihil de doctrinâ veſtrâ vobis peribit. Nam optima inter homines dicit, & beneficiorum meminit. Videat etiam ſolium illud in quo ſedenti mihi regnum dediſti Iarcha pater. Illi quoque qui ipſum ſectantur laude digni, eo quod à tali viro ſuperentur.

APOLLONIVS
Iiſdem.

PEdeſtri itinere ad vos accedenti mihi per mare nauigium mihi dediſtis: ſed quia

ὑμῖν κοινωνήσοντες δεδώκατε, καὶ διὰ τοῦ οὐρανοῦ πορεύεσθαι. Μεμνήσομαι τούτων καὶ πρὸς Ἕλληνας, κοινωνήσω τι ὡς παροῦσι λόγων, εἰ μὴ μάτην ἔπιον τοῦ Ταντάλου.

Τίτῳ βασιλεῖ.

Μὴ βουληθέντι σοι ἐπ' αἰχμῇ κηρύττεσθαι, μηδ' ἐπὶ δηίων αἵματι, δίδωμι ἐγὼ τὸν σωφροσύνης στέφανον· ἐπειδὴ ἐφ' οἷς δεῖ στεφανοῦσθαι γινώσκεις.

Δημητρίῳ Σουνιεῖ.

Δίδωμί σε βασιλεῖ Τίτῳ διδάσκαλον τοῦ τῆς βασιλείας ἤθους. Σὺ δὲ ἀληθεῦσαί τί μοι πρὸς αὐτὸν δίδου, καὶ γίγνου αὐτῷ, πλὴν ὀργῆς, πάντα.

Αὐτοκράτωρ Οὐεσπασιανὸς Ἀπολλωνίῳ φιλοσόφῳ χαίρειν.

Εἰ πάντες Ἀπολλώνιε κατὰ ταῦτά σοι φιλοσοφεῖν ἤθελον, σφόδρα ἂν εὐδαιμόνως ἔπραττον, φιλοσοφία τε καὶ πενία. Φιλοσοφία μὲν ἀδεκάστως ἐχούσῃ· πενίᾳ δὲ αὐθαιρέτως. Ἔρρωσο.

ΤΕΛΟΣ.

vestræ etiam Sapientiæ participem reddidistis, per cœlum etiam transire concessistis. Memor horum apud Græcos ero, & præsentibus hosce sermones communicabo, nisi frustra illa vt Tantali pótum biberint.

TITO REGI.

QVando neque ob bellum gestum, aut hostium sanguinem effusum laudari cupis, trado tibi Prudentiæ coronam, cum cognoscas, quibus aliquem coronari oporteat.

DEMETRIO SVNiensi.

TRado te Imperatori Tito præceptorem regiorum morum. Tu verò & vt veritatem de illo dixerim redde, & exceptâ irâ, omnia de te sumat.

IMPERATOR VESPASIANVS Apollonio Philosopho Salutem.

SI omnes, Apolloni, eodẽ, quo tu modo philosophari vellent, valde beati vitam agerent in Philosophiâ, & paupertate. In Philosophiâ vt à muneribus incorrupti: in paupertate, vt liberè viuerent.

Vale.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ

ἈΝΑΧΆΡΣΙΤΟΣ.

Ἀθηναίοις.

ΓΕΛΑ͂ΤΕ ἐμὴν φωνὴν, διότι οὐ τρανῶς ἑλληνικὰ γράμματα λέγει. Ἀνάχαρσις παρ' Ἀθηναίοις σολοικίζει· ἀθηναῖοι δὲ παρ' Σκύθαις. οὐ φωναῖς διήνεγκαν ἄνθρωποι ἀνθρώπων εἰς τὸ εἶναι ἀξιόλογοι· ἀλλὰ γνώμαις, ὥσπερ καὶ Ἕλληνες ἑλλήνων. Σπαρτιᾶται οὐ τρανοὶ Ἀττικίζουσι, ἀλλ' ἔργοις λαμπροὶ, καὶ εὐδόκιμοι. οὐ ψέγουσι Σκύθαι λόγον, ὃς ἐμφανίζει τὰ δέοντα, οὐδ' ἐπαινοῦσιν, ὃς ἂν μὴ ἐφικνῆται τοῦ δέοντος. Πολλὰ καὶ ὑμεῖς οἰκονομεῖτε οὐ προσέχοντες φωνῇ ἄρθρα οὐκ ἐχούσῃ. Εἰσάγεσθε ἰατροὺς Αἰγυπτίους· κυβερνήταις χρῆσθε Φοίνιξιν· ὠνεῖσθε ἐν ἀγορᾷ, οὐ διδόντες πλεῖον τῆς ἀξίας τοῖς ἑλληνιστὶ λαλοῦσιν· οὐδὲ ὀκνηρῶς λαμβάν-

EPISTOLAE ANACHARSIDOS.

ATHENIENSIBVS.

Deridetis vocem meã, eo quod non planè Græcas litteras proferat. Anacharsis apud Athenienses vitiosè loquitur: Athenienses verò apud Scythas. Non vocibus homines hominibus intersunt, vt alicuius precii sint, sed animis. Vt neque Græcorũ Græci Spartani exactè Atticissant, cum factis illustres sint, & admirandi. Non reprehendunt Scythæ sermonem, qui quid fieri deceat, declarat: neq; laudant, qui id, quod decorum est, non attingit. Multa quoque vos administratis non vocem morati, si vires non habeat. Introducitis medicos Aegyptios; gubernatoribus vtimini Phœnicibus: Emitis in foro, nec plus precio illis datis, qui Græcè loquuntur: Nec cunctãter

à Bar-

λαμβάνετε παρὰ βαρβάρου, ἐὰν πρὸς τρόπου λαλῶσι. Βασιλεῖς περσῶν καὶ κείνων φίλοι μεγαλοφρονοῦντες ὅταν βούλωνται πρὸς ἑλλήνων πρεσβευτὰς ἑλληνικῇ φωνῇ φθέγγεσθαι, ἀναγκάζονται σολοικίζειν, ὧν ὑμεῖς οὔτε βουλὰς, οὔτε ἔργα καταμέμφεσθε. λόγος δὲ κακὸς οὐ γίνεται, ὅταν βουλαὶ ἀγαθαὶ ὦσιν, καὶ ἔργα καλὰ λόγοις παρακολουθεῖ. Σκύθαι δὲ διακρίνουσι λόγον φαῦλον, ὅταν διαλογισμοὶ φαῦλοι γίνονται. Πολλῶν καθυστερήσετε, ἂν δυσχεραίνητε φωναῖς βαρβάροις, καὶ μετὰ τοῦτο μὴ ἀναδεχόμενοι τὰ λεγόμενα. Πολλοὺς γὰρ ποιήσετε ὀκνηροὺς εἰσηγεῖσθαι ὑμῖν τὰ συμφέροντα. Διατί βαρβαρικὰ τιμᾶτε ὑφάσματα, φωνὴν δὲ βάρβαρον οὐ δοκιμάζετε; Αὐλούντων, καὶ ᾀδόντων φωνὰς ζητεῖτε ἐμμελεῖς, καὶ ποιητῶν ἔμμετρα ποιούντων ἐπιλαμβάνεσθε, εἰ μὴ ἀναπληροῦσι γράμμασιν ἑλληνικοῖς τὰ μέτρα· λεγόντων δὲ θεωρεῖτε αὐτὰ τὰ λεγόμενα. τὸ γὰρ τέλος τούτων εἰς ὄνησιν. καὶ βαρβάροις πειθόμενοι οὐκ ἐπιτρέψετε γυναιξὶ, καὶ τέκνοις, καὶ προσέχουσιν ὑμῖν ἐὰν σολοικίζητε. Κρεῖσσον γὰρ σολοικίζουσιν ἐπακολουθοῦντας σώζεσθαι, ἢ τρανῶς Ἀττικίζουσιν ἐπακολουθοῦντας μέγα βλάπτεσθαι. Ἀπαιδεύτων ταῦτά ἐστι, καὶ ἀπειροκάλων ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Σώφρων γὰρ οὐδεὶς ἂν διανοηθείη ταῦτα.

à Barbaro accipitis,si ritè vendat. Reges Persarum,eorumque amici superbientes,cum volunt ad Grecorum Legatos Græcâ linguâ loqui,vitiosè loqui coguntur;quorū tamen vos neque consilia, neque opera reprehenditis. Sermo autem malus non fit vbi bona consilia fuerint, & optima opera sermonibus consentiunt. Scythæ verò malum sermonem discernunt, cum ratiocinationes malæ fuerint. Multis profectò rebus priuabimini, si barbaris vocibus offendimini, & posthac quæ dicuntur, non recipitis. Multos enim vt necessaria vobis adferant,segnes reddetis. Nam quare Barbaricas texturas in honore habetis, vocem autem barbaram non probatis? Tibicinum & canentium voces studiosè inquiritis, & Poetarum qui versus faciunt, quamuis metrum Græcis litteris non claudant, & quæcunque illi dicunt attenditis. (Horum enim finis vtilitas est) & Barbaris vxoribus & liberis morem gerentes,vos non committitis, & vos cum vitiosè loquimini, obseruantibus. Satius enim vitiosè loquentibus obedire & saluari, quàm planè Atticissantes sequi,& magno dāno adfici. Rudiū hæc sunt, & insolentiū viri Athenienses. Nemo enim sapiēs, si hæc ita statuat.

SOLO-

ἈΝΑΧΑΡΣΙΔΟΣ.

ΣΌΛΩΝΙ.

Ἕλληνες σοφοὶ ἄνδρες οὐδέν γε σοφώτεροι βαρβάρων. Τὸ γὰρ ἐπίστασθαι καλὸν εἰδέναι οὐκ ἀφείλοντο οἱ θεοὶ βαρβάρων. Πεῖραν δ' ἔξεστι λαμβάνειν ἐξετάζοντας λόγους, εἰ καλὰ φρονοῦμεν, καὶ βασανίζειν εἰ συμφωνοῦμεν. Λόγοις γὰρ πρὸς ἔργ' ἀεὶ ὅμοιοι ἐσμὲν τοῖς ἀγαθῶς ζῶσι. Στῆλαι δὲ καὶ κόσμος σώματος μὴ γινέσθωσαν ἐμπόδιον ὀρθῆς κρίσεως. Ἄλλοι γὰρ ἄλλως κατὰ νόμους πατέρων κεκοσμήκασι τὰ σώματα· Σημεῖα δὲ ἀπαιδευσίας τὰ αὐτὰ βαρβάροις, καὶ ἕλλησιν· ὁμοίως δὲ παιδεύσεως. Σὺ δὲ διότι Ἀνάχαρσις ἐλθὼν ἐπὶ τὰς θύρας ἐβούλετό σοι ξένος γενέσθαι, ἀπηξίωσας; καὶ ἀπεκρίνω ἐν οἰκείᾳ χώρᾳ μὴ δεῖν ξενίαν συνάπτειν. Εἰ δέ τις σοι κύνα Σπαρτιάτην ἐδωρεῖτο, οὐκ ἂν προσέταξας ἐκείνῳ ἀνδρὶ κύνα τοῦτον εἰς Σπάρτην ἀπαγόντι δοῦναί σοι; Πό * δὲ καὶ ἐσόμεθα ἕτεροι ἑτέροις ξένοι, ἐπειδὰν ἕκαστος τοῦτον τὸν λόγον λέγοι; Ἐμοὶ μὲν οὐ κακῶς ἔχειν ταῦτα δοκεῖ Σόλων Ἀθηναῖε σοφέ. Καὶ μὲν

κελεύει

SOLONI.

GRæci Sapientes viri Barbaris nihilo ſapientiores ſunt. Nam honeſti cognitionem Dii Barbaris non inuiderunt. Eius rei documentum capere licet, ſi qui rationes requirant, an honeſta ſentiamus, & explorent, an cum ratione conſonemus. Sermone enim ad opera ſemper ſimiles ſumus rectè viuentibus. Habitus verò, & ornatus corporis, ne æſtimentur rectæ mentis impedimentum. Alii enim aliter ſecundũ patrum leges corpus ornârunt. Signa verò ruditatis eadem Barbaris, & Græcis, quemadmodum & ſcientiæ. Tu verò cum Anacharſis ad tuas ædes venerit, vt tuus hoſpes fieret, quare illum dedignatus es? Et reſpõdiſti in domeſticâ regione non decere hoſpitalitatem contrahere. Quod ſi tibi quis Spartiatam canem dono dediſſet, non illũ virum canem iſtum Spartam abductum tibi dare. Et quomodo alter alterius hoſpes fuerit, vbi vnuſquiſque hunc tuum ſermonem vſurpauerit? Mihi ſanè hæc non rectè ſibi habere videntur Solon Athenienſis Sapiens. Et animus

me

κελεύει θυμὸς πορεύεσθαι πάλιν ἐπὶ σὰς θύρας, οὐκ ἀξιώσοντα ἃ καὶ πρότερον, ἀλλὰ πευσόμενον πῶς ἔχει ἅπερ ἀπεφήνω ὑπὲρ ξενίας.

ὙΠΠΑ΄ΡΧΩι.

Οἶνος πολὺς ἄκρατος ἀλλότριον τοῦ καλῶς τίθεσθαι τὰ καθήκοντα. Συγχεῖ γὰρ φρένας, ἐν αἷς ἵδρυται ἀνθρώποις τὸ λογίζεσθαι. Τὸν δὲ ὀρεγόμενον, οὐκ εὐχερὲς καλῶς πρᾶξαι ὃ ἐπιβάλλεται, ἐὰν μὴ νήφοντα βίον, καὶ μεμνητικὸν ἐνστήσηται. Ἀφεὶς οὖν κύβους καὶ μέθην, τρέπου πρὸς τὰ δι' ὧν ἄρξεις, κατὰ τρόπον εὐεργεσίας πατρὸς ἑαυτοῦ φίλους καὶ προσαίτας εὖ ποιῶν. Εἰ δὲ πρὸς τῷ αἰσχρὸς εἶναι κινδυνεύσεις ἰδίῳ σώματι, τότε μνησθήσονται οὐ φίλοι ἀνδρὸς Σκύθου Ἀναχάρσιδος.

ΜΗΔΟ΄ΚΩι.

Φθόνος καὶ πλόησις μεγάλα τεκμήρια φαύλης ψυχῆς. Φθόνῳ μὲν γὰρ ἕπεται λύπη πραγίας φίλων καὶ πολιτῶν· πλοήσει δὲ

ἐλπίδας

me iubet iterum ad ædes tuas pergere, non vt eadem rursus petam, sed vt quæram, qualia illa sint, quæ de hospitio negato pronunciasti.

HIPPARCHO.

VInum multum immodicè sumtum alienum est ab officiis ritè administrandis. Confundit enim mentes, in quibus hominũ ratio sedem suam obtinet. Et illi, qui res magnas meditatur, non promtum est quæcunque aggreditur rectè perficere, nisi sobriam & de illis rebus sollicitam vitam instituerit. Quare talis & ebrietate relictis, ad illa, quibus imperabis conuertere, iuxta morem benificentiæ parentis tui, amicis & mendicantibus benefaciens. Quod si, dum turpis fueris, proprio tuo corpore periculũ subieris, tum amici tui olim Anacharsidis viri Scythæ recordabuntur.

MEDOCO.

INuidia, & stupor magna malæ animæ documenta. Inuidiam enim dolor consequitur, ob felicitatem amicorum & ciuium

ἐλπίδες κενῶν λόγων. Σκύθαι οὐκ ἀποδέχονται τοιούτους ἄνδρας, ἀλλὰ χαίρουσί τε τοῖς εὖ πράττουσι, καὶ ζητοῦσιν ὧν, εὔλογον αὐτοὺς τυχεῖν. Μῖσος δὲ, καὶ φθόνον, καὶ πᾶν δύσκολον πάθος ὡς πολέμιον διώκουσι, καὶ παντὶ σθένει διατελοῦσιν.

Ἄννωνι.

Ἐμοὶ μὲν περίβλημα χλαῖνα Σκυθική· ὑπόδημα δέρμα ποδῶν· κοίτη δὲ πᾶσα γῆ· δεῖπνον καὶ ἄριστον, γάλα, καὶ τυρὸς, καὶ κρέας ὀπτὸν, πιεῖν ὕδωρ. Ὡς οὖν ἄγοντί μοι σχολὴν ὧν οἱ πλεῖστοι ἕνεκεν ἀσχολοῦνται; παραγενοῦ πρός με, εἴ τινά μου χρείαν ἔχεις. Δῶρα δ' οἷς ἐνετρύφατε, ἀντιδωροῦμαί σοι. Ὑμεῖς δὲ ὅσοι Καρχηδονίων εἰς χάριν σοῦ ἀνέθεσθε θεοῖς.

Υἱῷ βασιλέως.

Σοὶ μὲν αὐλοὶ καὶ βαλάντια· ἐμοὶ δὲ βέλη, καὶ τόξα. Διὸ εἰκότως σὺ μὲν δοῦλος ἐγὼ δὲ ἐλεύθερος. Καὶ σοὶ μὲν πολλοὶ πολέμιοι·

ἐμοὶ

ciuium. Stuporē verò ſpes inanium verborum. Scythæ eiuſmodi homines non recipiunt, ſed illis qui felices ſunt, gaudent, & quærunt illa, quę ipſos conſequi ęquum eſt. Odium verò, & inuidiam, & omnem triſtem adfectum tanquam hoſtem à ſe fugant, omnibusque viribus perſeuerant.

ANNONI.

AMictus mihi læna Scytihca; calceus cutis pedū, lectus omnis terra, cœna & prandium, lac, & caſeus, & caro aſſata, aqua bibitur. Cum igitur ita ocium agam, cuius cauſſa multi in negotio ſunt; ſi me indiges, ad me accede. Ceterum dona, quibus vox luxuriatis, reddo tibi. Veſtrum autem quotquot ſunt, in gratiam Carthaginenſium Diis ſuem conſecrate.

FILIO REgis.

TIbi quidem tibiæ, & crumenę, mihi verò ſagittæ, & arcus. Quare, vt veriſimile eſt, tu quidem ſeruus: Ego verò liber. Et tibi plurimi hoſtes: mihi

ἐμοὶ δὲ οὐδείς. Εἰ δὲ θέλεις, ῥίψας τὸ ἀργύρεον φέρειν τόξα, καὶ φαρέτραν, καὶ πολιτεύεσθαι μετὰ Σκυθῶν, ὑπάρξει καὶ σοὶ τὰ αὐτά.

ΤΗΡΕῖ.

Οὐδεὶς ἄρχων ἀγαθὸς ἀπολλύει ἀρχομένους, οὐδὲ ποιμὴν ἀγαθὸς πρόβατα λυμαίνεται. Σοὶ δὲ πᾶσα μὲν χώρα ἔρημος ἀρχομένων, καὶ κακῶς προστατευθεῖσα ὑπ' ἀρχόντων. Πᾶς δὲ οἶκος ἰδιώτης εἰς ταπεινὸν συνέσταλται, ὥστε μὴ δύνασθαι τοῖς πράγμασι χρήσιμος εἶναι. Φείδεσθαι δὲ ἄμεινόν σε ὢν αὐτῆς κύριος. Οὐ μὴ γὰρ ἴδια κτήματα ἐπαύξεται τῇ βασιλείᾳ, καὶ διαμένει. Νῦν δ' εἰ σπανίζεις μὲν ἀνδρῶν εἰς πόλεμον, ἁρπάζεις δὲ χρημάτων οἷς διοικεῖς. * Οὐ στρατιώτας, καὶ δικαίως θεωροῦνται ἓν σῶμα, ἐὰν μὴ καταλείπῃς τροφὴν ἀρκοῦσαν, ἔπλησαν, καὶ ἐν ὄρεσιν, ἐν ἐρήμοις πεφυκόσιν ἐν τούτοις οἰκήσουσι, καὶ ἐργάσονται τὰ τῶν μελισσῶν.

ΘΡΑΣΥΛΟΧῼ.

Κύων ψυχῇ ζῶον μνημονεῦον εὐεργεσιῶν, φιλεῖ τῶν εὐεργετῶν οἰκίαν, διατηρῶν εὐνομίαν ἕως θανάτου.

Σὺ δ'

mihi verò nullus. Quod ſi proiecto auro, & arcum, & pharetram ferre volueris, & cum Scythis Rempub. agere, illa tibi quoque ſuppetent.

TEREO.

NVllus bonus princeps ſubditos ſuos perdit: neque bonus paſtor oues ſuas lędit. Tibi verò vniuerſa regio à ſubditis deſerta, & malè à principibus adminiſtrata eſt. Omnis verò priuata domus ſolo fere æquata eſt, vt operibus amplius accommoda eſſe non poſſit. At melius eſt te illis parcere, quorum Dominus es. Nequaquã enim illa tanquam propriæ opes regno creſcent, & permanebunt. Iam verò ſi viris ad bellum indiges, tuorumque ſubditorũ opes diripis. * Non milites, & iuſtè vnum corpus intuentes, Niſi ſufficientem alimoniam reliqueris, auolarunt, & in montibus, ac ſolitudinibus quæ ſunt, in illis habitabunt, & apum opera exercebunt.

THRASYLOCHO.

CAnis ſuâ naturâ pulcrum animal beneficiorũ recordatus benefactorũ domũ amat, æquitatem conſeruans vſq; ad mortẽ.

Σὺ δ᾽ ὑπολείπῃ κοινὸς εὐεργεσιῶν, δυνάμενος συλλογισμῷ ἐξισοῦσθαι ἀνθρώποις. Ζητεῖ οὖν λόγος ἐμός· τίνος ἂν γένοιτο θυμῷ δίκαιος, ὅταν πρὸς τοὺς εὐεργέτας λέοντος ψυχὴν φορῇς; Πειρῶ οὖν συνήθειαν ἐμήν, ἣν ἔχομεν πρὸς σὲ σώζειν. Καὶ γὰρ ἐλπίδες καλαὶ ἀνδρὶ τοιούτῳ.

ΚΡΟΙΣΩι.

Οἱ ἐν ἕλλησι ποιηταὶ λόγῳ κόσμον διανέμοντες Κρόνου παισὶν ἀδελφοῖς, λῆξιν, τῷ μὲν οὐρανοῦ, τῷ δὲ θαλάττης, τρίτῳ δὲ ζόφου προσέθεσαν. Τοῦτο μὲν ἰδιοπραγίας ἑλληνικῆς. Κοινωνίαν γὰρ οὐδεμίαν χρήματος ἐπιστάμενοι, τὸ ἑαυτῶν κακὸν θεοῖς προσένειμαν. Γῆν δὲ ὅμως ἐξαίρετον, καὶ οὕτω κοινὴν ἅπασιν ὑπελείποντο. Φέρε τοῦτο ὅ τι ποτὲ φέρει τὸ νόημα φροντίζωμεν. Πάντας ἐβούλοντο θεοὺς τιμὰς πρὸς ἀνθρώπων ἔχειν, καὶ πάντας ἀγαθῶν δωτῆρας, καὶ κακῶν ἀποτρέπους ὑπάρχειν. Κοινὸν δὲ θεῶν κτῆμα γῆ, κοινὸν καὶ ἀνθρώπων τὸ πάλαι ἦν. Χρόνῳ δὲ παρηνόμησαν, ἴδια ἐπονομάζοντες τεμένη θεοῖς τὰ πάντων κοινα. Θεοὶ δὲ ἀντὶ τούτων δῶρα πρέποντα ἀντεδωρήσαντο,

Tu verò canis beneficiis inferior es, cum ratione hominibus ęquari possis. Quærit ergo sermo meus, cuinam vnquam animo iustus euaseris, cum aduersus benefactores Leonis animum geras? Stude igitur familiaritatem, quam mecum habes conseruare. Nam de eiusmodi homine bene speramus.

CROESO.

POetę in Græcia sermone suo mundum distribuentes, Saturni filiis sortem, alii cœli, alii maris, tertio verò inferni attribuerunt. Hoc quidem Gręci ex suo opere ita fecerunt. Cum enim rei ipsius nullam cõmunitatem pernoscerent, suum ipsorum malum Diis attribuerunt. Attamen & hi terram exceptam omnibus communem reliquerunt. Age quid hæc sententia sibi velit, cõsideremus. Omnes Deos ab hominibus honore adfici voluerunt, & omnes bonorum datores, & malorum liberatores esse. Communis autem Deorum possessio, terra, communis etiam hominibus quondam erat. Tempore demum paullatim aberrarunt, dũ Diis proprios lucos dicarũt, q omnib⁹ erant cõmunes. Dii verò p his cõueniẽtia dona retribuerũt, Discordiã

ἔριν γοῦν, καὶ ἡδονὴν, καὶ μικροψυχίαν ἀνθρώποις. Ἀπὸ τούτων μιγνυμένων τε, καὶ διακρινομένων πάντα ἔφυ τὰ κακὰ τοῖς πᾶσι θνητοῖς, ἄροτοι, σπόροι, μεταλλεῖαι, πόλεμοι. Καρποὺς τε γὰρ ἐπεισενεγκόντες πολλαπλασίους ἀποφέρονται μικρῶν, τέχναις] τε ποικίλλοντες ὀλιγόβιον εὕρηνται τρυφὴν ἵνα τε γῆς.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ
ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ.

Ἀρχελάῳ.

Τὸ μὲν ἀργύριον ἐπέμψαμέν σοι πάλιν, ὅπερ ἡμῖν Ἀμφίας ἐκόμιζεν· οὐ δόξαν κενὴν θηρώμενοι, εἰ μήγε καὶ ἀχθεσθήσεσθαι μᾶλλον, ἢ ἀποδέξασθαι ἡμᾶς δι' αὐτὸ ἐνομίζομεν τοὺς δ' ἄλλους αὐτὸ τοῦτο δὴ καὶ μάλιστα συκοφαντεῖν ἐπιχειρήσειν ὡς ἐπίδειξιν οὖσαν τὸ πρᾶγμα, καὶ πρόσχημα μᾶλλον εἰς τοὺς πολλοὺς, οὐ μεγαλοφροσύνην οὐδεμίαν. ὥστε τούτων μὲν ἀμφοῖν ἕνεκα κἂν ἐδεξόμεθα. Καὶ Κλίτων δὲ ἐπέσειεν ἡμῖν, ὅπως λάβοιμεν, ἀπειλήσας ὀργιεῖσθαι μὴ λαβοῦσιν. Ἀλλ' ὡς τὸ μὲν αὔταρκες ἡμῖν τε, καὶ τοῖς φίλοις παρόν· Τὸ δὲ ὑπὸ σοῦ πεμφθὲν πλεῖον, ἢ ὅσον ἦτε κτῆσι

& voluptatem, pusillanimitatem hominibus. Ab his siue commixtis, siue discretis omnia mala sunt omnibus hominibus, arationes, seminationes, scrutationes metalli, bella. Fructus enim multiplices conferentes reportant pro paucis, illosque artibus variantes breuem vitę luxum in terrâ inuenerunt.

EPISTOLAE

EVRIPIDIS.

ARCHELAO.

ARgentum, quod Amphias nobis exhibuit, tibi remisimus, non vanam aliquam gloriã venati, eo quod offendi potius, quàm cõmendari idipsum existimaremus; aliosque idipsum calumniaturos esse tanquam ostentationis opus esset, & prętextus potius ad alios, animi verò magnitudo nulla. Vt hisce duabus de causis illud recepissemus potius. Nam & Clito scripsit nobis vt reciperemus, indignaturum se interminatus, nisi reciperemus. Verum nobis, & amicis nostræ possessiones sufficiũt: Illud autem quod tu misisti, maius quàm huic nostræ

ἥρμοζε, καὶ ἦν ἡμῖν ἡ φυλακὴ ῥᾳδία. Περὶ τῶν Πελλαίων νεανίσκων, καὶ πρότερον μὲν ἐπεστείλαμέν σοι δεόμενοι· Καὶ νῦν δεόμεθα σῶσαί τε αὐτοὺς, καὶ ἀνεῖναι τῶν δεσμῶν. Οὐδὲν γὰρ ἀδικεῖν ἐοίκασιν, ἢ οὐδὲν βλάψειν ἀφεθέντες ἔτι. Μέτριον δὲ καὶ τὸ χαρίσασθαι δεομένοις ἡμῖν· καὶ τὸ ἐλεῆσαι δὲ τὸν πατέρα αὐτῶν γέροντα, ὡς ἔστι πυνθάνεσθαι τῶν ἀγωνεσάτων ἐν Πέλλῃ, καὶ κατὰ τἄλλα δοκίμων. Ὃς αὐτὸς ἐλθὼν Ἀθήναζεν ἐφ' ἡμᾶς κατέφυγεν, ἐλπίσας δύνασθαί τι παρά σοι· καὶ ἐδεήθη ταῦτα ἐπιστεῖλαί σοι. ἀλλὰ μὴ φαυλότερος γένῃ περὶ ἡμᾶς, ἢ ἐκεῖνος ὑπέλαβεν.

ΣΟΦΟΚΛΕΙ.

Ἐκομίσθη Ἀθήναζεν, ὦ Σοφόκλεις, ἡ περὶ τὸν εἰς Χῖον πλοῦν γενομένη σοὶ συμφορά· καὶ ἴσθι οὕτω διατεθεῖσαν τὴν πόλιν ἅπασαν, ὡς μηδὲ τοὺς ἐχθροὺς ἧσσον ἀχθεσθῆναι τῶν φίλων. Τὸ δὲ τοσούτου κακοῦ ἥκοντος περιστάζεσθαί σε καὶ τὸ τῶν συνόντων σοὶ φίλων, μηδὲ θεραπόντων ἀποβαλεῖν μηδένα,

possessioni conueniat, nec illius custodia facilis nobis erat. De Pellæis iuuenibus & prius tibi supplicantes scripsimus, & nunc obtestamur, vt illos salute dones & à vinculis liberes. Nihil enim iniustè egisse videntur, nec nocituri si iam dimissi sint. Aequū est, vt & hoc nobis rogantibus gratificeris, & patrem illorum senem misereris, virum, vt ex relatione accepimus, ex omnibus qui in Pellâ nobilissimis, & cetera optimum. Qui ipse Athenas ad nos confugit, sperans me aliquid apud te posse, petiitque vt hæc ad te perscriberem. Tu verò nihilo difficilior aut morosior erga nos appareas, quàm ille ratus est.

SOPHOCLI.

Athenas allata est, ô Sophocles, quæ tibi in Chium nauiganti accidit calamitas. Atque ità totam ob id ciuitatem conturbatam scias, vt non minus hostes, quàm amici, doluerint. Quod verò à tanto malo quod tibi accidit, liberatus sis, vt nullum, qui tibi aderant, amicorum, & ne seruum quidem vllum perdideris,

οὐκ ἄλλοθι ἔγωγε, ἢ θεοῦ προνοίᾳ γενέσθαι πείθομαι. Ἡ μέντοι περὶ τὰ δράματα συμφορὰ, ἥντινα οὐχὶ κοινὴν ἁπάσης τῆς ἑλλάδος νομίσειεν ἂν, δεινὴ μὲν, ἀλλὰ περιόντος γε σοῦ ῥᾳδίως ἐπανορθωθήσεται. σκόπει δ' ὅπως ἀσφαλεστέραν ἢ ταχυτέραν ποιήσαις τὴν ἐπανοδόν. Καὶ ἤτοι ἄρα ἡ θάλασσα, ἢ τὸ κρύος παραχρῆμα νηχόμενόν γε, ἢ ὕστερον κακῶσαι δοκεῖ, ῥαΐσας τὸ σῶμα πρότερον ἡσυχῇ ἐπάνιθι, καὶ τὰ οἴκοι ἴσθι κατὰ νοῦν, καὶ ὅσα ἐπέστειλας ἐπιτελῆ ὄντα. Ἄσπασαι Χιονίδην τε, καὶ Λαπρέπην, καὶ εἰδέτωσαν ἡμᾶς οὐχ' ἥκιστα καὶ ἐπ' αὐτοῖς χαίροντας ὅτι σώζονται. Ἀντιγόνη τὸν ἰατρὸν, εἴπερ ἔτι ἐν Χίῳ καταλαμβάνεις καὶ μὴ ἀπῆρκέ πω εἰς Ῥόδον, ἄσπασαι, καὶ ἴσθι ἀνδρῶν βέλτιστον ὄντα, καὶ τοὺς Κρατίνου υἱεῖς.

Ἀρχελάῳ.

Ἀφίκετο Ἀθήναζε πρὸς ἡμᾶς ὁ Πελλαῖος γέρων ἅμα τοῖς ἑαυτοῦ νεανίσκοις, καὶ ἐγένετο μὲν ἡ ὄψις ὦ βέλτιστε βασιλεῦ ἡδεῖα μὲν μοὶ τῷ θεωμένῳ τε καὶ δι' ὃν ταῦτα ἐγένετο. Καλὴ δὲ, καὶ σοὶ ἀπέβη, καὶ φέρουσα δόξαν πολλὴν, καὶ ζῆλον παρὰ πᾶσι τοῖς τε ἐπιτηδείοις τοῖς ἐμοῖς,

καὶ

